ria corporis ē quidā̄ actus que recepit formā̄
celi. ſ. formā̄ abſtractam mō quo ſupra decla
rauit de mā̄. ⁊ tunc ponit in quo conueniunt
⁊ in quo differunt: ⁊ quomodo vnū ⁊ aliud
dicitur aīal non equiuoce: ſ; ſm̄ prius ⁊ po/
ſterius. ⁊ vſq̧ ad finem capl̄i non loquitur
niſi de accidentibus in quib⁹ cōueniunt ⁊ in
quibus differunt: ⁊ quō illa accidentia dicū
tur equiuoce ⁊c̄. Habemus ḡ in iſto caꝑ. ꝙ
corpus celeſte habet motū proprium anime
ſ; ꝙ eſt anima. ſ. circularē: ⁊ ꝑꝑ hoc non eſt
leue nec graue ⁊c̄. Uide in textu ibi. Unde
neceſſe eſt. ex quo ſequitur: ꝙ illud corpus ce
leſte qḋ mouetur: includit aīam que mouetur
circulariter. 2°. uide quomodo iſta aīa con/
iungitur cum motore ſeperato ſimplr̄ qui nō
mouetur oīo. vnḋ vide ibi: neceſſe eſt vt hoc
corpus celeſte ſit mā̄ aīalium celeſtium q̄ mo/
uentur circulariter. ḡ animal celeſte non in/
cludendo motorem abſtractū ſimplr̄ mouet̄
circulariter: vt infra tamē declarabimus. Et
iō lege ibi. ⁊ q: declaratū eſt: vſq̧ ibi econ/
trario ⁊c̄. Ulterius nota textum quē Scot⁹
ſepe allegat pro ſua opinione que ē̄ſt Auicen
ne quam dicit eſſe Ariſt. ſ.' ꝙ deus creauerit
celum ab eterno. Incipe ibi: ⁊ videt̄ ꝙ corp⁹
celeſte. Aue. n. ſe clare māifeſtat. vnde vult ꝙ
quia celum nō eſt compoſitū ex cōtrarijs nō
habet intrinſece cām̄ ſue corruptionis. tamē
dicit ꝙ q: eſt finitaꝝ dimenſionū ſicut dicit
12°. metaphyſice ⁊. 8°. phyſicoꝝ. ⁊ in libro d̄
celo niſi eſſet motor ſeperat⁹ ſimplr̄ ⁊ abſtra
ctuſ ſimplr̄ nō mouet̄ eterne ⁊ ita niſi eēt iſte
largitor ꝑmanentie eterne nō duraret in ſba
eterne. Unde ſicut nos dicim⁹ ꝙ aīa intelle/
ctiua ſiue angelus ex ſe eſt incorruptibil̄ itrin
ſece: tm̄ ſi nō eēt cōſeruatio dei ⁊ manutenen
tia generalis vt ſepe dixi: ⁊ ēt ſ; veros theo
logos. Uide: non permanēt ſ; cōpoſitum ex
contrarijs habet intrinſece ꝙ poſſit corrūpi,
⁊ iōo vltra manutentiā generalē. ſ. cāe vl̄is
corrumperet̄ ꝑꝑ mām̄ ⁊ contraria intrinſeca
ita Aue. vult dicere de celo quia ē potētia fi/
nita in vigore ⁊ extēſū ⁊ terminis clauſū ni
ſi eēt cōſeruatio: ⁊ danſ ꝑmanentiā eternā. l;
nō ſint ibi cōtraria: neq̧ materia deficeret
oīo. ⁊ in hoc bñ dixit: ſ; hoc repugnat ſuo di
cto ꝙ tale ſit a ſe ⁊ nō ꝓductū vt videbitur
clare: ⁊ ſic poſſet defendi Ariſt. de mā̄ i celo
ſi nō poſuiſſet ipam a ſe. Uñ ſi angl̄s requi/
rit cōſeruationē. tāto magis mā̄: tñ vltra h̄
eſt ibi ēt potētialitas. ⁊ iō ſi repugnat angl̄o
eē a ſe: tanto mag̃ māē. vide ḡ ꝑ te ipſū oīa ibi
q: Scotus i hoc nō habet mētē Aue. nec ſe
cūdū opinionē quā recitaui de intelligētijſ.

In 3°. tractatu tāgit ꝙ virtus q̄ ē in celo
nō ē in mā̄. vñ dicit: oīs virtuſ in mā̄ ē finite
motionis ⁊ virt⁹ q̄ ē maxia i corpore celeſti ē
īfinite motiōis ex quo cōcludit talē virtutē
nō eē i materia. ⁊ iō vult ibi ꝙ virt⁹ īfinita in
tēſiue nō pōt īueniri: niſi eēt i corpore ⁊ īfini
to ita ꝙ maior ꝑs i maiori ꝑte ⁊c̄. Et tūc ve
nit ad q̄rendū d̄ hoc corꝑe celeſti: ⁊ q̄rit vtꝝ
ſit ꝯpoſitū ex maṫia ⁊ forma vl̄ ñ ē ibi alia for
ma niſi illa q̄ dat motū etnū. ſ. abſtracta ſim
plr̄ q̄ ñ cōſtituit. Rñdet dicam⁹ igit̄ ꝙ ſi con
cedo ꝙ oīs virt⁹ i maṫia ē finita q: nō īuenit̄
corp⁹ īfinitū ⁊c̄. Tūc pꝫ ꝙ oīs tal̄ virt⁹ erit fi
nita actiue. ſ. i mouēdo vel agendo: ⁊ ēt paſ/
ſiue. i. receptiue vult dicere in reſiſtendo ita

ꝙ non pōt durare in īfinitū; nec mouere in infinitum. Et ideo ſi videmus celum moueri in infinitū; nullo modo ē ibi mā: ⁊ ꝙ ē ſimplex vt poſſit moueri in infinitū: q: ſicut motor in mā non poteſt mouere aliud p̄ infinitum: ita nō poteſt moueri ab alio in infinitum: ſicut videmus de anima q̄ non pōt mouere corpus in infinitū: ſ; fatigatur: quia ī corpore eſt mā ⁊ ideo corpus noſtrū non pōt moueri in infinitum. Concludit ḡ ꝙ nec motor corporis celeſtis ē in mā: nec corpus celeſte motum ab eo: ſ; eſt ſimplex. ⁊ ideo cōcludit vt ſ̄. ꝙ nulla virtus in corpore poteſt mouere nec moueri p infinitū; ⁊ tunc dic̄t ꝙ ſi conceſſerimus ꝙ in corpore celeſti ſit virtus vltra abſtractam que conſtituat cum mā in illo corpore: cum illud corpus nunꝙ corrumpatur: ⁊ ibi eſt mā ⁊ per ꝯñs potentia ad aliam formā ⁊ per cōſequēs potentia ad corrūpi: ſequitur cōtra illud qđ eſt dcm̄ in vltimo primi tractatus celi. ſ. ꝙ aliquid pōt corrumpi ⁊ nunꝙ corrumpet. Ecce quomodo vult reducere Ariſt. ad ſuā; opinionem. ⁊ iā; dedimus reſponſū; ſm mentem ariſt. denominaliter ⁊ verbaliter ⁊ tunc ponit qđ ſepe dixit ſ̄ Auicen. ⁊c̄. Et tunc arguit contra ſe: dubitando ꝙ virtutes celeſtes videntur eſſe finite actionis: q: corpora celeſtia ſunt finite quantitatis. vnde videmus ꝙ vna mouet velocī᷒ alia: vnde ſi eſſent infinite mouerent in non tempore ⁊c̄. Et tunc reſpondet ꝙ infinitum ⁊ finitum dicitur duobus modis de infinito ⁊ finito in tempore. ſ. mouere per infinitū tempus vel finitum: ⁊ durare p infinitum vl̄ finitū: ⁊ de infinito ⁊ finito in vigore ſm īfinitū non exiſtit in aliquo corpore nec celeſti nec corruptibili: q: niſi eſſet infinitum nō poſſet inueniri talis potentia infinita: ⁊ tale corpus non datur. 3°. phyſicoꝝ. ſ; de alio īfinito pp cauſas predictas inuenitur in corpore celeſti: non in iſtis inferioribus. Concludit ergo ꝙ ēt corpora celeſtia ⁊ corruptibilia hn̄t ⁊ conueniunt in hoc: ꝙ actō ⁊ paſſio exiſtens in eis ſunt finite in ſe: notate bene: ⁊ ꝓpter hoc mouent in tempore: ⁊ quedam ſunt velociora quibuſdam: ⁊ l; illa actio ⁊ paſſio ſit finita: non ſequitur ꝙ ſit finita in tēpore ideſt ꝙ non poſſit mouere in infinitū; nec ꝙ poſſit corrumpi: nec ꝙ ſit cōpoſitum ex mā. ⁊ ſi in corpore compoſito ex materia ⁊ forma eſſet virtus que moueret per infinitum tempus neceſſario virtus illius corporis eſſe infinita inteſiue ⁊c̄. Intellige ḡ bene ꝙ virtus ſi abſtracta ſimpl̄r ſi intelligentia ſ a que eſt finiti vigoris mouet per infinitū; tempus: tn̄ non moueret in infinitum cum ſit finite potentie ⁊ in potētia ad vbi immo aliquando quieſceret: niſi eſſet motor extrinſecus. ⁊ ideo ille eſt cauſa continuitatis motus eterni: tū etiam cōiunctum mouet per infinitum in virtute tamen illius ⁊c̄. Poſtea dicit vt prius. ſ. non ſequit̄: eſt actionis finite i ſe ſiue paſſionis nō loquēdo de finitate temporis ꝙ tale ſit compoſitū; ex materia vt habeat actionem finitam in tempore ⁊c̄. Et tunc ponit cauſam deceptionis pp non diſtinguere de ifinito ⁊ finito: ⁊ ponit differentiam vltimate de corporibus vt ſepe dictum eſt. Ex his dictis habes ab auē. ꝙ hoc corpus celeſte eſt finite actionis in ſe. i. uigoris: ⁊ tamē poteſt mouere in infinitū; ⁊ ꝙ vnum corpus mouetur velocius alio: ⁊ per cōſequens cum finitum ⁊ infinitū; in vigore cōperat quantitati ſequitur ꝙ hic eſt motor habens p artem ⁊ poteſt mouere velocī᷒ ⁊ tardius. motor autē abſtractus ſimpliciter ſ; ipſū; ⁊ ariſt. nō eſt finitus nec infinitus niſi ꝙ dat continuitatē motui: in hoc. n. ꝙ detur motor abſtractus conueniunt ipſe ⁊ ariſt. vnde ariſt. voluit venire ad hoc vltimate: ꝙ datur aliqđ abſtractum ſimpl̄r: ſ; hoc infra: dixit ḡ aue. intelligentibus ſatis vtrum iſte ſecundus motor ſit abſtractus vel nō. Dico ſimpl̄r ſic dn̄t aliq̄ de motore appropriato: ita ꝙ ponunt duos motores abſtractos: ſ; ſm auē. in iꝑo abſtracto non eſt velocitas ⁊ tarditas. ⁊ ideo videndum eſt clare ſi ſit ibi forma extenſa cum quantitate que moueat ⁊ nō intelligat: ⁊ vltra hoc non ſit ibi niſi motor abſtractus ſimpliciter: appropriatus tamen. Locator ſecūdum mentem aue. vel oportet videre: vtrum ille motor intelligat ⁊ vtrum ille motor moueatur ⁊ an poſſit itellige: ⁊ tn̄ habere quātitate;: cum tamen ſit abſtract᷒ a mā ſimpl̄r. Videam᷒ ḡ. quid dicit vltra in. 4°. cap. primo ponit ꝙ illud qđ mouet̄ hoc motu ē eternum cū motus ſuus ſit ꝑmus mot᷒: al̄r ꝓcederetur i infinitū ⁊ non eēt ꝑmus: q: motuſ ꝑ que; eēt ſcđs eēt ꝑor: ⁊ per cōſequēs ꝙ ille motus ſit eternus: ⁊ tūc dicit ꝙ ariſt. iuenit hunc motū ꝓuenire a virtute neq; graui: neq; leui: ⁊c̄. ⁊ per cōſequēs ꝙ hec virtus ſit i corpore ſimplici ⁊ nō habere ſl̄m neq; ꝯriū: ⁊ vt ſit anima non admixta materie: ſed anima corporis eeterni ita vt iſta anima non ſit abſtracta a corpore ſuo: ⁊ tamen ſeperata ab ipſo: inquantum iſtud corpus non indiget ipſa: quia eſt ꝑmanens ꝑ ſe ⁊c̄. vt ſ̄. ⁊ tūc ſeq̄

tur. Et cum conſiderauit in iſtis virtutibus
declaratum fuit ipſi: ipſam eſſe virtutē appe
titiuam de virtutibꝰ anime tantū: ⁊ cū con
ſiderauit de iſtis virtutibus appetitiuis cele/
ſtibus: inuenit eas moueri ad appetibile no
bilibus ipſis: ⁊ cum cōſiderauit in virtuti/
bus appetitiuis celeſtibus inuenit eas eē fini
tarū potentiarū: ⁊ cū conſiderauit in cōtinua/
tione motus earum fuit declaratū ꝙ cā con
tinuationis motus earū non eſt iſta virtus:
qua mouentur: ſed illud qđ largitur eis cōti/
nuationē eſt aliquid appetibile: q: continua
tio nō prouenit niſi a motore: nō moto: ſequi
tur ꝙ iſtud mouens: neq; eſt corpus neq; po
tentia in corpore: ⁊ ꝙ eſt intelligentia abſtra/
cta: qđ etiā declaratū eſt in libro de aīa. ſ. ꝙ
omne qđ eſt tale ē intelligentia abſtracta: ⁊
ꝙ iſtud corpus celeſte intelligit hanc intelli/
gentiam: intelligere. n. transmutat ipſū appe
tere ad illud: ⁊ cōſiderauit etiā de cauſa eter/
nitatis celi: ⁊ declarauit in vltimo ꝑmo celi
in eo nō exiſtere potētiā oīo. ⁊ declarauit ēt
de virtute qua mouetur celum localr. ſ. animā
appetitiuā ipsā nō hr̄e mām niſi mām que eſt i
potentia in loco tm̄. Nota ⁊ non credas ꝙ
vltra illam aīam ſit alia materia vel ſbm: ſed
vult dicere ꝙ ipſa eſt materia. ⁊c̄. Sequitur
⁊ fuit declaratū in oībus iſtis: ꝙ dator con
tinuationis motus eſt dator motꝰ celi: ⁊ ni
ſi ipſe eſſet deſtrueret̄ motus: ⁊ ſic motus ⁊
celum. Celum. n. ē ꝑꝑ motū ſuū. ⁊ ſi motꝰ
celi deſtrueret̄: motus entiū inferiorū deſtruē
tur: ⁊ ſic mundus ex quo verificat̄ illud dcm̄
ꝙ dator continuationis motus ē dator eē
omnibꝰ aliis entibus: ſequit̄ ⁊ ſimiliter locu
ti fuimus de hoc qđ contingit ex hoc: ꝙ pri
mū motum ex ſe: ⁊ ex alio eſt motū ꝑ acci/
dens ꝑ naturā motoris ſui. In hoc ḡ. 4ᵒ. ca
pitulo ſe declarauit ⁊ ponit motorē ſepera/
tum oīo: qui non mouet ſm ipm niſi vt ama
tum: ⁊ dat continuationē motui: quia alia
ſunt finite potētie: ⁊ in potētia ad vbi. ideo
non poſſunt mouere ineternū ex ſe. lʒ ipſe in
eternum moueant. Ponit etiam ꝙ iſte intelli
gentie mouentur ad appetitum iſtius moto/
ris abſtracti: ⁊ per ꝯñs intelligunt illud: ⁊
vult ꝙ moueantur localiter vt ꝺclarabo pau
lopoſt. In. 5ᵒ. cap̄. nihil aliud eſt niſi vt re/
ſpondeat Joanni grāmatico: ⁊ credidit re/
ſpondiſſe q: in celo non eſt mā: ⁊ per conſe/
quens non eſt potentia ad corrumpi. ⁊ ꝑ cōſe
quens cum celum nunꝙ̄ corrumpatur non ſe
quetur contra ipſum ꝙ aliquid ſit corrupti/
bile qđ nunꝙ̄ corrumpatur. neq; ibi ſunt cō
traria que ſunt cauſa generationis ⁊ corru/
ptionis. lʒ ſint finite potentie ⁊ in potentia
ad vbi: tam̄ ablata cauſa poſitiua corruptio/
nis non poterunt corrumpi: q: vbi nō eſt cā
non poteſt ſequi effectus: ⁊ maxime cum det̄
motor extrinſecus qui eſt abſtractus ſimplr̄
⁊ oīo. vnde quia motor coniunctus: ⁊ celum
eſt in potentia ad vbi: extrinſecus largitur
ei continuationē ad mouendū: cum ſit fi/
nite virtutis: ⁊ ꝑꝑ hoc etiam largitur ei con
ſeruationem in ſbā ⁊ permanentiam eternā
Non transmutat̄ ḡ natura vt poſſibilis fiat
neceſſaria: vt ſequitur contra auicēnam: nec
corrumpitur: q: non ſunt ibi cauſe poſitiue
corruptionis. ⁊ ideo mediante datore abſtra
cto ſimplr̄ poteſt permanere in eternū in ſbā
⁊ in motu. ⁊ ideo credit euaſiſſe: ⁊ in veritate
non fugiet vt videbitur infra q: ſi ex ſe eſt ne
ceſſariū: ⁊ non indiguit alio vt eēt non in/
digebit alio vt conſeruetur: q: difficilius eſt
rem ꝓducere in eſſe ꝙ̄ cōſeruare productā ⁊c̄.
Recitatis ḡ his poterimus per iſta intellige
re mentē aue. ⁊ ſuas queſtiones: quas mo/
uet in multis locis. Erat ḡ vna queſtio quo/
modo aliquid poteſt eſſe extenſū ⁊ finitum
in virtute tam actiua ꝙ̄ paſſiua: ⁊ clauſum
terminis: ⁊ tam̄ eternum ⁊ incorruptibile.
Iſta. n. q. valde angebatur: ⁊ ideo. 8ᵒ. phyſi
corū cōmento. 79ᵒ. Ubi mouet duas. q. decla
rat intentū ſuū. Eſt ḡ vna. q. vtrū corpꝰ celeſte
ſit potētie finite l' ne: q: ſi finite ḡ corruptibi
le. ⁊ cū tale corpꝰ celeſte ſit finitū n̄ pōt hr̄e po
tentiam infinitam. Hanc. n. queſtionem dic̄
eſſe valde difficilem ⁊ ſcrupuloſam ⁊ fortiorē
omnibus dubitationibus que poſſunt acci/
dere hic maxime: ⁊ dicit ꝙ non inuenit ſolu
tionem ad hanc queſtionem niſi cum maxi/
mo labore ⁊ in multo tempore vite ſue: ita
ꝙ per multum tempus inſudauit. Hanc. n.
queſtionem etiam ponit in. 5ᵒ. cap̄ de ſubſtā
tia orbis ut ḡ. in quo ſe remittit ad. 8ᵐ. phy
ſicorum: ⁊ dicit ſe diu ignoraſſe hanc. q. ⁊ in
5ᵒ. capitulo tangit illā: ⁊ ita. 12ᵒ. metaphy
ſice commento. 40. ⁊ alibi vt dicemus: dicit
ergo primo in. 8ᵒ. phyſicorum. ꝙ Alexan/
der dicit ꝙ corpus celeſte adeptum eſt eterni
tatem a ſuo motore qui non eſt in materia.
Unde dicit ꝙ Auicenna accepit ab Alexan
dro qđ neceſſarium eſt duplex. ſ. ex ſe ⁊ ab a/
lio. ⁊ ꝙ celum eſt neceſſarium ab alio ⁊ con/
tingens ⁊ poſſibile ex ſe ipſo. Omne ergo eē
num vel eſt neceſſariū ex ſe vel ab alio. ⁊ ce
lū ſcđo mō eſt neceſſariū. ⁊ iđ lʒ ſit finitum
⁊ finite potentie pōt eē neceſſariū ab alio nō

ex ſe: hoc etiam tangit in .3ᵒ .cap̊. de ſb̃a or/
bis vt ſ̃. Sʒ contra hoc arguit aue. q: impoſ
ſibile eſt ꝙ nã contingenſ ⁊ poſſibilis fiat ne
ceſſaria ab alio q: tunc non eſſet p̃ma nã: ſʒ
alia ita ꝙ eẽt diuerſa a nã p̃ma ⁊ mutata. er
go ipoſſibile eſt ꝙ vnum fiat aliud. ſ. ꝙ conti
gens fiat neceſſarium. Arguit .2ᵒ. q: ſeque/
retur ꝙ aliquid eẽt corruptibile qḋ nũꝗ cor
rumperetur ⁊ erit opinio Platonis quam re
probat Ariſt. in libro p̃ de celo. Dicit g̃ p̃mo
aue. vt veniat ad ſolutionem queſtionis: eſſe
opinionẽ Ariſt. expreſſe: ꝙ non ſit potentia
infinita in celo loquendo de potentia eiꝰ paſ/
ſiua: que eſt ſuſceptiua motoris ſiue motõis:
ſicut. n. actio infinita non eſt forme incorpo
ree: ſic paſſio infinita ñ eſt forme icorpore. i.
ſicut non datur virtus actiua infinita ĩ cor
pore. ita nec reſiſtitiua: ⁊ hoc ꝓuenit: q: ta/
lis forma eſt extenſa ad extenſionẽʒ corporis
⁊ per conſequẽs pars in parte. ⁊ qḋ ẽ in vna
parte non eſt ĩ alia ⁊ per ꝯñs in corpore ma/
iori põt eſſe maior virtus: g̃ requireretur infi
nitum corpus qḋ ẽ impoſſibile dari. Nam ſi
aliqua virtus infinita eſſet in corpore finito
⁊ poſſet durare per tẽpus infinitum tunc in
maiori corpore ſi eẽt virtus infinita eſſet ma
ior virtus: ⁊ per conſequẽs duraret ꝑ maius
tempus ⁊ ꝑ conſequẽs vnum infinitũ maiꝰ
reliquo: nõ ergo in celo potentia infinita: q:
in ſc̃d̃o celi ⁊ mundi dicit Ariſto. ꝙ ſi in celo
eſſet ſtella maior ꝗ̃ nunc eſt fatigaret̃: vel nõ
moueretur celũ. Reſpondet aũt vlterius ad
dubium. Quod celũ eſt potentie finite: tam̃
q: non eſt cõpoſitũ ex contrarijs ⁊ ibi non
eſt mã ideo intrinſece eſt incorruptibile: ⁊
per cõſequẽs poteſt eſſe eternũ: vt declarabi
tur nunc. Declarat autem ſe vlterius ꝙ dupli
citer poſſumus accipere potẽtiam motiuam
eſſe infinitam: vel q: actio eoꝝ nunꝗ ceſſat:
vel q: eſt vigoris infiniti: ita ꝙ nõ poteſt mo
ueri velocius. Secũdus modus ẽ ipoſſibilis
q: mouẽt in nõ tempore. p̃mo modo eſt poſ/
ſibile: ⁊ poteſt durare in ĩfinitum ⁊ eẽ eter/
num: q: non compoſitũ ex contrarijs nec ha
bet mãm: dicit autem aue. ꝙ Joãnes grãma
ticus dixit hanc queſtionẽ concludere contra
perypateticos ⁊ iõ poſuit mundum corrupti/
bilem ⁊ generabilẽ: ⁊ p̃mo celi adducit Gal
cõmento .92. ⁊ cõmento .22ᵒ vt ſ̃. Vnd̃ i. 3ᵒ
⁊ vltimo cap̃. de ſubſtantia orbis adducit. q.
⁊ Joannem grãmaticum. Reſpondet autem
ibi ꝙ generatio ⁊ corruptio: ⁊ omnis motuſ
eſt a virtute que eſt habitus ⁊ omne qḋ caret
cauſis motus neceſſe eſt habere quietem: que

eſt eiꝰ priuatio vult dicere: ſi in celo non ſũt
qualitates contrarie poſitiue que ſunt cauſa
motus corruptionis: ita ꝙ ad hoc ꝙ ſit mo/
tus: ſiue localiſ ſiue corruptiuus oʒ dare cãm
poſitiuam: ⁊ non ſolum priuatiuam: g̃ cum
in celo non ſint cauſe poſitiue corruptionis
nec mã ſ̃m ipſum: ibi nunꝗ erit corruptio:
⁊ ſic poterit eſſe eternum. Dicitqʒ vlterius ꝙ
non eſt ipoſſibile exiſtere ĩ corpore finito qḋ
caret motu quietem infinitam: lʒ corpus ſit
finitum: quies. n. ẽ priuatio ⁊ priuatio non
eſt potentia. vnde dicit Ariſt. Quod cũ ſtel
le careant cauſis motus quas hñt corpora ce
leſtia: de neceſſitate habent quietem infini/
tam: que ẽ priuatio motuſ. Intellige ꝙ ſtelle
non mouentur de per ſe ſine celo: ſʒ bene cuʒ
celo. Et ſimiliter dicit ꝙ terra debet habere
quietem infinitam q̃ eſt priuatio motus: q:
caret agente motũ in infinitum. Motuſ. n.
eſt ipoſſibilis in eo ꝙ eſt quieſcens: cũ caret
cauſa motus ⁊c̃. Sic g̃ uides de motu locali
clare vult dicere: ita intellige in motu corru/
ptionis ⁊ generationis .12ᵉ. autem metha/
phyſice cõmento .42. dixit octᵉ phyſicorũ.
Addit autem Joãneʒ grãmaticuʒ: ⁊ reſpõ/
det vltra ea que dicta ſunt dicens. Q: triplex
eſt potentia. ſ. in ſubſtãtia vel ad ſb̃am: ⁊ in
alteratione ⁊ vbi. ⁊ ꝙ in celo non eſt poten/
tia niſi ad ubi. Et ex hoc reſpondet implicite
argumẽto qḋ poſſet fieri ꝯ ipſum: q: ſi eſt po
tentia ad vbi nunquid nõ poteſt ſaltem ali/
quando quieſcere: lʒ non poſſit corrũpi. Re/
ſpondet ꝙ ſi ex ſe moueretur. ſ. a virtute exi/
ſtente in eo: ⁊ extenſa in eo cum ſit in poten/
tia ad vbi aliquando quieſceret: ſʒ quia mo
tor eſt extrinſecus non opʒ ꝙ quieſcat: lʒ ſit
potentia ad vbi ⁊ ſit finita: ſʒ ſi potẽtia que
eſt in ipſo mouẽt ſolum ⁊ eſſet in potẽtia pri
ma ad vbi ⁊ finita quieſcet aliquando. Ad/
dit etiam ꝙ non poteſt aliquid nõ neceſſari
um ex ſe in ſubſtantia fieri neceſſarium ab a/
lio quia oporteret mutare ſb̃am vt ſ̃: tam̃ ꝗ̃
tum ad motum localem bene põt accidẽ: naʒ
celum non habet ex ſe ꝙ ſit eternum ꝗ̃tum
ad motuʒ: ⁊ tamen a motore non in mã hoc
poteſt habere ⁊ nunꝗ quieſcere: ⁊ hoc erit a
motore qui non mouebitur oio. Nam lʒ mo
tus de ſe ſit poſſibilis tam̃ ſit eternuſ ab alio
Motus g̃ ſit eternus ab alio: quia motus ex
ſui natura eſt ab alio: naʒ omne qḋ mouetur
ab alio mouetur: vult dicere motus eſt in cõ
tinuo fieri ab alio. ⁊ ñ poteſt durare ex ſe ⁊c̃.
Intellige tñ ꝙ nulla pars motus finite acce/
pta eſt eterna: ⁊ ideo ſit ſucceſſio ꝑtium ine/

ternum ꝛ nulla pars talis durat in eternum:
tamen ſecundum me motus nihil eſt niſi ver
baliter.ſ.moueri aliq̄d eſt.vide alibi. Sub̄a
aūt de ſui natura habet oēs partes ſuas ſi/
mul ꝛ non componitur ex ſucceſſiuis.iō ſunt
partes permanentes.ꝛ iō vult dicere auēro.
de tali natura eſt īpoſſibile ꝙ ſi eſt poſſibilis
tranſeat in neceſſariam: q: tunc mutaret̄ nā
ꝛ non eſſet prima: ꝛ bene dicit. Ulterius ad
dit auerro. ꝙ motor talis q̇ mouet eterne n̄
eſt in corpore: ꝛ tale corpus motum neceſſa/
rio eſt eternū: ꝛ ſb̄a eterna: ꝛ ſi ſb̄a eſt eterna
non ē neceſſarium ꝙ motus ſit eternuſ: ꝫ ad
hoc requirit̄ motor nō corporeus qui non ſit
potētie in corpore.ꝛ taliſ motor nō debet di
ci eternus: nec nō eternus proprie: ſic dicem⁹
nunc de finito ꝛ infinito reſpectu taliuꝫ ſꝫm
īpuꝫ qō cōpetit quantitati: vel exiſtenti ī cor
pore ꝛ ita eternuꝫ dr̄ illud qō eſt finituꝫ in tē
pore eterno: iſta vero abſtrahunt ab eterni/
tate. dicit aūt hoc eē difficile valde ꝛ clauſuꝫ
ꝛ iō iſte locus fuit lapſus ſapientū. Reſpon/
det igitur iteꝝ breuiter ad dubium princi/
pale cum dr̄ omnis potentia in corpore eſt fi
nita ꝙ hoc eſt verum in corporib⁹ generabi/
libus ꝛ corruptibilibus ita ꝙ ibi ē potentia
ad corrumpi: ꝫ in celo nō eſt potētia niſi ad
ubi.ꝛ iō vult dicere ē infinita q̄ꝫtuꝫ ad dura
re q: nō eſt cōpoſitum ex mā ꝛ forma nec ex
contrarijs .ꝛ lꝫ iſta ſb̄a ſit eterna nō pōt mo
uere eterne: niſi ſit ibi motor non in corpore
pp̄ potentiam ad vbi vt d̄ ꝛc̄. Et in hoc erra
uerunt zabij ꝛ ſapientes coꝝ. vnde in .3.° ca.
de ſb̄a orbis diſtinguit. Quod corpora gene
rabilia ꝛ corruptibilia: que.ſ. h̄nt mām ſunt
finita in vigore ꝛ finita ī tempore.corpora ce
leſtia q: non ſunt ex cōtrarijſ nec h̄nt materiā
ſunt finita in vigore: tamē infinita in tēpo/
re.i.poſſunt durare p̱ infinituꝫ. tn̄ q: ſunt in
potentia ad vbi: niſi eēt motor extrinſecus:
non eſſet motus eternus: ꝫ q: nō ſunt cōpo/
ſita ex contrarijs nec h̄nt mām: non ſunt ge
nerabilia neqꝫ corruptibilia. Propter tamen
aliqua verba aue. in .2.° ca. de ſubſtantia orb̄
vbi dicit. ꝛ videtur ꝙ corpus celeſte nō eſt ne
ceſſariuꝫ in ſuo eē forma ſicut eſt diſpoſitio
de corporibus aīalium que ſunt hic. In ani/
malibus aūt que ſunt hic: videt̄ ꝙ anime co
rum ſunt neceſſarie in eē coꝝ corpoꝝ: ꝛ ꝙ nō
ſaluarentur aīalia niſi p̱ ſenſibilem aīam ꝛ i
maginatiuaꝫ.corpus aūt celeſte qō ē ſimplex
ꝛ non tranſmutabile ab aliquo extrinſeco n̄
indiget in ſuo eſſe anima ſenſibili: neqꝫ ima
ginatiua: ꝫ tantum indiget anima mouente

ipſum in loco ſemper ꝛ virtute q̄ non ſit cor
pus: neqꝫ in corpore ad largienduꝫ ipſi p̱ma
nentiam eternam: ꝛ motum eternuꝫ qō non
habet principium neqꝫ finem. Et debes ſcire
ꝙ iſtud corpus celeſte non idiget virtute mo
uēre in loco ſemper tm̄: ꝫ largiente virtuteꝫ i
ſe ꝛ in ſua ſubſtantia p̱manentiā eternā: qm̄
ꝛ ſi ſimplex ſit nō habens potētiam in ſe ad
corruptioneꝫ: tam̄ eſt finite actionis neceſſa
rio: q: ē finitaꝝ dimſionnm: ꝛ terminatuꝫ a
ſuperficie continente ipſum: ꝛ omne tale:
cum intellectus poſuerit ipſum exiſtens p̱ ſe
abſqꝫ eo ꝙ aliud largiat̄ ipſi permanētiā ꝛ et̄
nitatem: neceſſe ē vt ita ſit de finitate ſue per
manentie ſicut eſt d̄ finitate ſue actiōis: ꝛ iō
neceſſe ē in intellectu eē potentiam largientē
ipſi p̱manentiā eternaꝫ: queādmodū largit̄
ipſi motū proprium eternū: ꝛ nō hoc tantuꝫ
ꝫ neceſſe eſt hic eſſe virtutem: que largitur ei
motuꝫ proprium ſue actionis q̄ eſt eternitas
in ceteros motuſ.ſ.motū localem in circuitu
ꝛ figuram propriam iſti motui.ſ.ſpericaꝫ ꝛ
menſuram propriā vnicuiqꝫ illoꝝ corpoꝝ ꝛ
conueniētiam inter ea adinuicem in ordine
ꝛ quantitate ita ꝙ ex omnibus p̱ficiat̄ vnuſ
actus.ſ.totus mundus: nulla.n.differētia ē
īter indigētiā virtutis actiue ī corpore ꝛ ī om
ni corpore ſimplici: aut in vno corpore cōpo/
ſito ex corporibus ſimplicibus huius: ꝛ in
differenter ſiue illud corpus fuerit generatū
ſiue nō generatum. vnde videmus celum ha/
bere vnam virtutem nō tm̄ mouentē omnia
ꝫ agentem ꝛ conſeruantem: ſicut eſt diſpoſi/
tio in corpore hominis: ꝛ in corpore facto p̱
pter finem hominis: finis.n.ſignificat agēſ
ſignificatione neceſſaria ſicut motum ſignifi
cat mouens: ꝫ in genere agentium quoddaꝫ
eſt prius tempore acto: ꝛ eſt omne qō fit in
ſp̱a huius mundi: eſt iſtius agentis ꝛ acti q̄d
dam eſt prius naturaliter non tempore: ꝛ ē
orbis quem ſequitur tempus: ꝛ cui accidit:
ꝛ agens orbem.ſ.faciens ipſum in diſpoſitio
nibus neceſſarijs in inueniendo finem pro/
pter quem fuit ꝛ cum ignorauerunt quidam
hoc eſſe de opinione ariſt. dixerunt ipſum nō
dicere cauſam agentem tantū: ꝫ cauſam mo
uentem: ꝛ illud fuit valde abſurdum.ꝛ non
eſt dubium in hoc: ꝙ agens ipſum eſt mo/
uenſ ipſum.qō enim mouet ipſum motu pro
prio illi eſt illud qō largitur illi p̄mo diſpo/
ſitiones per quas acceperit motum propri/
um: ꝛ illa virt⁹ ē illa: quā laudat ariſt. ī mlt̄ꝭ
locis ſui libri d̄ celo ꝛ mūdo ꝛ indicat ipam
eē nobiliorē celo ꝛ altiorem ꝛc̄. vt ibi. Pro/

pter g̃ ſta verba credidit Scotus nō ſolum
fuiſſe intentionis Auicēne: ꝫ etiam ariſt. ⁊
auero. ꝙ celum fuerit creatum: ⁊ hoc dicit in
di. 8. in q̄ſtiōe de immutabilitate dei: ⁊ non
eſt ita, vt videbitᷣ infra. Habet g̃ Aue. pꝛo in
cōuenienti ꝙ aliquid ſit nā contingens ⁊ fiat
neceſſariuʒ ab alio: ꝫ nō habet pꝛo inconue
niēti ꝙ aliquid ſit incoꝛruptibile itrinſece ⁊
tam̄ dependeat ⁊ conſeruetᷣ ab alio. Uñ ſepe
dicit ꝙ ſi p̄mus motoꝛ non eēt: celum non eēt
⁊ nihil eēt: eſt g̃ maxima differētia dicē ꝙ cō
tingens fiat neceſſariuʒ: ⁊ dicē ꝙ incoꝛrupti
bile accipiat eternitatē: non ſoluʒ ꝙ̄tum ad
motuʒ: ꝫ etiā in ſua ſba ab alio ⁊ conſeruetᷣ
ab illo. Und̄ q: iuenit i celo nō eē mām neqꝫ
contraria credidit ſoluiſſe omnia: vnd̄ illud
qd̄ eſt in mā eſt nā coꝛruptibilis: iō tale non
poteſt fieri neceſſariū: nec eternuʒ ab alio: ꝫ
ꝙ non eſt compoſituʒ ex cōtrarijs nec habet
mām ex ſui nā non ē coꝛruptibile: ⁊ tale pōt
fieri eternuʒ ab alio vel cōſeruari ineternum
⁊ accipere ꝑmanentiā eternā. vnde aliud eſt
dicere hoc eſt coꝛruptibile ex ſe: ⁊ hoc ex ſe ñ
eſt coꝛruptibile. Coꝛruptibile ex ſe nō pōt fie
ri eternū ⁊ neceſſariuʒ ab alio: vnde celuʒ q:
nō cōpoſituʒ ex cōtrarijs: nec habet mām ex
ſe eſt icoꝛruptibile. tam̄ q: finituʒ de ſe nō ha
bet eternitatē: ⁊ iō recipit ab alio: ⁊ nō mu-
tatur nā q: nō eſt ex ſe coꝛruptibile: ⁊ iō ta-
lia q: finita ⁊ termino clauſa dependētᷣ ⁊ con
ſeruantur. Sic g̃ hʒ nos intelligētia cū manu
tentia generali dei: vel celum ꝑſeuerat ineter
num ⁊ non coꝛpus cōpoſitum ex contrarijs
niſi eſſet manutentia ſpecialis: ita dicēt aue.
ꝙ celum de ſe ē incoꝛruptibile ⁊ tam̄ recipit ꝑ
manentiaʒ eternam a deo. Unde ſi nō videtᷣ
Scoto ꝙ ſit inconueniēs apud ariſt. ꝙ ali-
quid ſit neceſſariū ⁊ tm̄ productuʒ ab alio tā
to minus videbitᷣ incōueniēs ꝙ aliquid ſit
neceſſarium: vel icoꝛruptibile ex ſe: ⁊ tm̄ con
ſeruetur: dependeat ⁊ recipiat eternitatē ab
alio: infra tam̄ alijs rationibꝰ arguemus de
iſto neceſſario ꝯ auero. Ex iſtis dictis eliciū-
tur tales concluſiones de mente aue. Pꝛima
concluſio: i celo non eſt mā. Secūda conclu-
ſio in celo non iueniuntur contraria. Tertia
concluſio: celuʒ nō habet in ſe potentiam in
finitam que inhereat ipſi. Quarta cōcluſio:
celum eſt potentie finite. Quinta concluſio
foꝛma vel anima celi eſt actus ſimplex pꝛece-
dens quantitatem interminataʒ ⁊ termina-
tam. Sexta concluſio: lʒ iſta foꝛma vł anima
pꝛecedat natura ꝙ̄titatē: tam̄ extenditur per
ipſam ⁊ anteꝙ̄ recipiat quantitatē motor ex
trinſecus vnitur ſibi. Septia cōcluſio: iſta
foꝛma vel ſbm eſt anima celi: que lʒ nihil ha
beat de virtutibus ſenſitiuiſ ⁊ uegetatiuis:
tamen habet virtutē appetitiuā ⁊ intellecti
uam. Octaua cōcluſio: nulla ſba contingenſ
ex ſe pōt fieri neceſſaria ab alio. Nona cōclu
ſio: celum ē ingenerabile ⁊ icoꝛruptibile: q:
ibi non eſt virtus q̄ eſt habitus nō ꝑuatio q̄
eſt cauſa generationis ⁊ coꝛruptiōis. Decima
concluſio in celo nō eſt potētia ad ſbam neqꝫ
ad alterationē coꝛruptiuaʒ ꝫ ad vbi. Unde
cima concluſio: lʒ in celo ſit potētia ad vbi
⁊ ſit potētie finite nō tñ ſequitᷣ ꝙ aliqñ quieſ
cat: cum motor ſit extrinſecus abſtractus q̄
non mouetur oīo qui largitur eternitatē mo
tui: ⁊ per conſequēs ſequitur ꝙ cum ſit fini-
te potentie ex ſe non poſſet mouē ineternum.
Duodecima concluſio: lʒ ſba ex ſe poſſibiliſ ⁊
contingenſ nō poſſit fieri ab alio neceſſaria:
tamē motus contingens q̄ eſt i continuo fie-
ri pōt perpetuari ineternuʒ. Decima tertia cō
cluſio: motor celi q̄ mouet eterne nō eſt i ma
teria: nec in coꝛpoꝛe. Decimaqrta cōcluſio fi
nitum ⁊ infinitum eternum ⁊ non eternum
non cōpetunt niſi coꝛpoꝛibꝰ vel exiſtentibus
in coꝛpoꝛe. Decimaquita concluſio: celum eſt
cauſa tempoꝛis: ⁊ non cōtinetur tēpoꝛe. De-
cimaſexta conluſio celum q: finite potentie ⁊
virtutiſ recipit eternitateʒ ⁊ ꝑmanētiaʒ a ſuo
motoꝛe ſeperato nō ſolum in motu: ꝫ etiam
in ſba. Coꝛrelariuʒ lʒ celum nō habeat mate
riam neqꝫ ſit cōpoſituʒ ex contrarijs ⁊ ſit nā
non contingens ex ſe incoꝛruptibilis ⁊ non
pꝛoductū actiue ab aliquo tamen ſi non eſſet
motor extrinſecus ſeperatꝰ oīo qui largitur
in ſe ⁊ in ſua ſba ꝑmanentiaʒ eternaʒ: cuʒ ſit
potentie finite nō duraret ineternū. Ultimū
coꝛrelarium: lʒ nā contingens ⁊ poſſibilis ñ
poſſit fieri ex ſe neceſſaria: tam̄ natura finita
que non eſt contingens poteſt recipere ꝑma-
nentiaʒ eternam ab alio. Secundum du-
bium eſt vtrum de mente Ariſt. ⁊ auero. iſte
intelligentie non abſtracte omnino lʒ a ma-
teria intelligant aliquid ex ſe: ſm. n. mentem
ariſt. omnes ſunt abſtracte ſimpliciter: ꝫ ſm
mentem auero. nō. ⁊ ideo ariſt. voluit ꝙ om
nes tales nihil intelligerent ex ſe ⁊ non fecit
maioꝛem differentiam de vna ꝙ̄ de alia: licet
eſſet vna pꝛima a qua omnes dependerent: ꝫ
Auero. aliter poſuit: quia voluit ꝙ omnes
itelligerent pꝛimam. ⁊c̄. vt videbitur de itelli
gentijs ſecundis. Uñ aue. expꝛeſſe d̄ ſba oꝛbiſ
caplo. 4°. inquit: ⁊ cum conſiderauit i iſtis
ꝟtutibꝰ dclaratū fuit ipi ipſā eē ꝟtutē appeti

tiuam ꝛ inuenit eas moueri ad appetibile no bilius ipsis. Sequitur ꝛ quod istud corpus celeste intelligit hanc intelligentiam. Intel ligere enim tráſmutat ipm appetere ad illud In. 3. etiam de aïa cõmento. 14. dicit Aue. ꝛ ex hoc mõ fuit poſſibile ꝙ corpa celeſtia reci perẽt formas abſtractas: ꝛ intelligerẽt eas: ꝛ fuit poſſibile vt intelligentie abſtracte pfice rentur p ſe adinuicem: ꝛ ſi non: nõ eſſet poſ ſibile vt illic intelligeret recipiens neqꝫ rece ptibile. Deinde videm' ꝙ illud quod ẽ libera ratũ ab hac natura eſt pmũ intelligens: ꝛ po nendo iſtam nãm diſſoluetur queſtio dicens quomodo intelligit multitudo: ꝛ quomodo intelligunt multe ex formis abſtractis: ꝛ in tellectus idẽ ẽ cũ intellecto ꝛ cetera. Aue. etiã 12. metaphiſice cõmento. 37. dicit. primũ igi tur celũ mouet ab iſto motore ſm deſideriũ vt aſſimilet ei ſm ſuũ poſſe: ſicut amans mo uetur vt aſſimilet ſuo amato. Alia aũt corpa celeſtia mouentur ſcõm deſideriũ ad motum pmi corporis. ꝛ iõ planete hñt motũ duplicẽ: ꝛ nõ credas ꝙ iſte ſit appetit' nãlis: qꝛ ĩ dicit ꝙ per virtutem imaginatiuã per intellectuꝫ corpora celeſtia amando illud voluptuoſum mouent celuꝫ ſuũ. Uult ğ dicere Aue. ꝙ mo tor pmi mobilis amãdo motorẽ abſtractum ſimplr mouet ſuũ celum: ſꝫ motores planeta rum amãt motũ pmi mobilis vel motorem ꝛ iõ hñt duplicem motũ. ſ. ab oriente i occidẽs ꝛ econuerſo. ꝛ ita cõmento. 36. dic ꝙ corpo ra celeſtia appetũt illud maius bonũ ꝛc. vid ibi ꝛ cõmento. 45. quod poſt ad longũ addu cemus clare: ſepe dic ꝙ motor ſecundus per ficitur a pmo motore intelligẽdo ipſum ꝛ in fra dicit ꝙ pfectio ſecundaꝝ itelligentiaꝝ ẽ i telligendo cãm primam ꝛ propriã. Uidete er go primo ꝙ dicit ꝙ corpora celeſtia intelli gunt ꝛc. Ex his poteſtis ꝑhendere que di cta ſunt de formis extenſis in pmo dubio: ꝛ intelligite ꝙ iſtaꝝ formaꝝ quedam vocantur abſtracte ſimpliciter ꝛ omnino vt prima. que dam abſtracte ſed non ſimpliciter: vt forme corporũ celeſtium: q̃ ſine materia ꝛc. 3. etiam de aïa cõmento. 5. magno dic ſic: Queãdmo dũ. n. ſenſibile eẽ diuidit in formã ꝛ materiã ꝛ ſic intelligibile eẽ oportet diuidi in cõſimi lia his duob'. ſ. in aliquod ſimile forme ꝛ in aliqđ ſimile mẽ. ꝛ ħ necẽ ẽ in oi itelligẽtia ab ſtracta q̃ intellĩt aliud: ꝛ ſi nõ: nõ eẽt multi tudo i formis abſtractis. ꝛ iõ dclaratũ ẽ i pma phĩa ꝙ nulla ẽ forma liberata a põa ſimplr ni ſi pma forma q̃ nihil itelligit ex ſe: ſꝫ eſſentia ei' eſt quidditas eius. alie aũt forme diuerſificã tur in qditate ꝛ in eẽntia quoquo mõ. ꝛ niſi eẽt ħ gen' ẽtiũ qđ ſcim' i ſcia aïe: ñ poſſem' i tellige mltitudinẽ i reb' abſtractis q̃madmo dũ niſi ſcirem' ħ nãꝫ itellcũs ñ poſſem' itellige ꝙ vtutes mouentes abſtracte debent eſſe in tellectus ꝛc. Ex his ğ habetis ꝙ ille intelli gentie intelligunt aliquid ex ſe: ſꝫ non de' : ꝛ vult ꝙ tales pp habere aliquid ſimile mate rie poſſunt plurificari etiam i eadẽ ſpẽ vt vi debitis: ſꝫ non motor abſtractus ſimpliciter Aue. ergo. 12. metaphiſice cõmẽto. 52. vel. 51 dicit: ꝛ cum fuerit aliqđ genus intelligẽtiaꝝ que diuerſificãt adinuicem in cõpoſitione. ſ. in alietate intellecti in eis ab intellectu: nobi lius eoꝝ eſt illud ꝙ eſt minoris cõpoſitionis in illo genere iõ illud eſt ſimplex in illo gene re ꝛc. ꝛ ſic ꝯcludit ꝙ datur oio ſimplex. Uide te ğ ſuam opinionẽ de intelligentiis cõiun ctis: q̃ intelligunt aliud ex ſe: tañ nõ ſunt ſi cut intellect' noſter vbi accidit laſſitudo: q: intelligit non ſolũ aliud q̃ ſe: ſꝫ vnum poſt aliud ꝛ ſucceſſiue: ꝛ aliqñ ſic ꝛ aliquãdo nõ: ꝛ ſic accidit laſſitudo i numerãdo ꝛc. vñ ſeq tur de deo: ꝛ q: nihil intelligit ex ſe cũ ſit ſim plex tunc ꝙ cũ intelligit ſe nõ accidit ei laſſi tudo i omni ſeculo: neqꝫ tranſmutatio ſicut accidit i intellectu in nobis: ꝛ ita debet eẽ in aliis intelligẽtiis abſtractis: ſꝫ pmus eſt ſim plicior eaꝝ: ꝛ iõ eſt vnus ſimpliciter ſine ali qua multiplicitate: neqꝫ propter alietatem intellectus ꝛ intellecti neqꝫ propter multitu dinẽ itellectorum in eodẽ itellectu ſic ẽ i nob cũ ſeqtur alietatẽ q̃ videt in eo. ſ. alietatẽ itel lect' ꝛ intellecti in nobis. qm̃ cũ intellectus ꝛ intellectũ fuerit adunata pfecta adunatõe cõ tingit vt intellecta multa plura: q̃ ẽ intellect' illi' adunetur ꝛ fiant vnũ ꝛ ſimplex oib' mo dis qm̃ ſi remanẽt illa intellecta q̃ ſũt in vno intellectu plura ꝛ nõ adunẽtur cũ eẽntia itel lectus: tũc eẽntia eius aliud erit ab eis. Iſtõ intelligit q: intelligendo ſe intelligit omnia quomodo dixit ꝯ themiſtum. Mouet autẽ dubitationẽ ibi in fine. Ponatur ꝙ aliqđ in telligat plura: nunquid ille itellectus tranſ mutabitur i illa plura: dicit autem ibi in il lo textu compoſitum ꝛ poteſt fortaſſe itelligi tam de cõpoſito ex partibus q̃titatiuis vl ex ptib' eẽntialib'. tñ auerois accipit p plura in tellecta: ſꝫ oio idẽ ſeqt. q: ſemp plura itelligũ tur: lꝫ cõpoſitũ eẽntiale ſit vnũ: tñ nõ pfecte itelligit niſi ptes itelligãt: põt ẽt itelligi d vli qđ hẽt ſub ſe particularia. Rndet ğ ꝙ nõ po teſt tráſmutari in multa: qꝛ omne nõ habẽs materiã nõ eſt diuiſibile vt intellcũs huanus

oportet ğ ꝙ tale intelligēs vel intellcūs hēat i
aliꝗ tpe.ſ.ꝙ aliq̄ndo intelligat ꝛ aliq̄ndo n̄.
vel aliquādo vnū vel aliqn̄ aliud: nō ſic qn̄ in
telligit ſeipm̄: q: talia toto e͞tno ſe intelligūt
Auero. vero duobus modis aliter expōit iſtū
textū vt poſſit fugere ꝙ intelligentie ſecunde
aliquid intelligant extra ſe contra Ariſtote.
Et ex iſto textu nota contra Alexandrum de
mente Ariſtotelis: quod intellect⁹ poſſibilis
eſt imaterialis. ꝙ ā͞t loquaꝛ d͗ poſſibili pꝫ: q:
ille ē q̇ p̄la itell͞it ꝛ al̄n ſic ꝛ al̄n n̄. Uult ğ aue.
ponē t͞a gnā͞ itellectuū. p̄ᵐ ꝙ nihil itell͞it ex̄ ſe
vt d͗clarabim⁹ p⁹. Ultimū ꝙ m͞lta itelligit ex̄
ſe ꝛ vnū p⁹ aliud ꝛ aliquādo ſic ꝛ aliq̄ndo n̄. ꝛ
cū laſcitudine nūerādo ꝛc̄. Et iō intellcūs nr̄
q̇ intelligit res m͞ales q̄ ſunt intellecte i potē
tia aliquādo itelligit ꝛ aliq̄ndo nō. Mediū
aūt gen⁹ ē intelligētiaꝝ ꝛ nō abſtractaꝝ ſim
plicit͛: q̇ lꝫ intelligant aliq̇d ex̄ ſe: tamē ſemꝑ
intelligunt eodē mō: ꝛ nō ſucceſſiue. ꝛ iō non
ineſt eis laſſitudo. ꝛ lꝫ intellectio q̄ eſt alteri
us a ſe nō ſit eadē ſibi foꝛtaſſe tamē cū ſemꝑ
intelligat ſe ꝑ ſuā eē͞ntiā. ꝛ ſit intelligētia ab
ſtracta ꝛ nō m͞alis: ꝛ ꝑ cōſequēs nō intellctā
in potētia. Intellectio ſui erit eadē ſibi. Hoc
ē͞t pōt haberi ex cōmēto 3ͦ. de aīa. 20. ꝛ ideo
dicit Aue. ſepe ꝙ i illis foꝛmis nō ē intellectō
fantaſiando ſiue imaginādo ſicut ē i nobis ꝛ
ſic pꝫ d͞ria int͛ Ariſt. ꝛ Aue. de intelligentijs
intelligēdo. vn̄ Ariſt. clare nō facit in h̄ ma
ioꝛē d͞riam de p̄ma ꝙ de aliis vt dictū ē. tam̄
foꝛtaſſe ꝑꝑ p̄dicta crederet aliq̇s ꝙ Aue. pōe
ret vltra iſtas itelligētias ꝯiūctas itelligētiā
abſtractā ſimpl͞r in q̇lib3 oꝛbe: ꝛ n̄ ſolū p̄mā
vel vnā: ꝛ oēs vocat p̄mas: ſꝫ h̄ meo iudicio
ē clarū ꝙ nō ſūt plures tales de mente ipſi⁹ ꝑ
vt dictū ē cōmento. 5ͦ. 3ͦ. de aīa vult ꝙ nulla
ē q̄ non intelligat extra ſe: vt audiſtis excep
ta p̄ma. Itē dicit. 3. de aīa in cōmento. 19. ꝙ
nō ſcim⁹ multitudinē intellectuū abſtractoꝝ
niſi per diuerſitatē actionū eoꝝ. ğ cū oēs ta
les abſtracte ſimpliciter non darent niſi ꝑꝑe
tuitatē eternā motui: ꝛ non maioꝛē vel mi
noꝛē velocitatē: q: h̄ eſt ꝑ ip̄m a motoꝛe con
iuncto. ergo nō differēt inter ſe. ꝛ p̄terea itel
ligentia cōiūcta intelligeret p̄mū ſimpliciter
abſtractū. ſ. deū ꝛ etiā ſuū abſtractū ſimplicit͛
ğ ab ambob⁹ reciperet ꝑpetuitatē in motu ꝛ ꝑ
manentiam in ſubſtātia quod eſt ſupfluū: ꝛ
ꝑ multa alia hoc poteſt iudicari expſſe ex ver
bis eius. ꝛ ſi diceres ꝙ reciperet ſolum a moto
re appꝛop̄ato. ſ. ſibi ꝓpinquo verba Aue. di
cta ſupꝛa de deo q̇ ē datoꝛ eē ꝛc̄. oſtēdunt op
poſitum. Unde cum nullus iſtoꝛū motoꝝ ab

ſtractoꝝ ſimpl͞r eē͞t finitas: nec infinitas ꝛ ꝑ
conſequēs ex maioꝛi vel minoꝛi ꝑfectiōe non
poſſet cognoſci differentia inter eos neceſſa
rio eſt dicendum ꝙ non poſſunt eē plures ta
les. vnde Aue. vult dicere ꝙ vbi non eſt po
tētialitas: nō pōt accipi plurificatio. vn̄. 2ͦ.
celi cōmēto. 38. vel. 39. dicit declaratū eſt ꝙ
motoꝛes celoꝝ differūt in potētia ꝛ in eſſe ꝛ
cū hoc vnūquodq3 eoꝝ mouet ꝑ infinitū. nō
igit͛ remanet vt differāt niſi ꝑꝑ diuerſitatem
ꝓpoꝛtionis inter vnumquodq3 eoꝝ: ꝛ coꝛp⁹
ꝙ mouetur: ꝛ ſi potētie eoꝝ eſſent ifinite i vi
goꝛe mouēdi nō erit ꝓpoꝛtio iter motoꝛē ꝛ rē
motā. ꝛ ſi hoc eē͞t nō eſſet differentia iter eos
nec eē͞t ibi multitudo oio: v͞bigratia: q: mo
tor oꝛbis ſaturni: ꝛ motor oꝛbis totius mo
uet͛ tēpoꝛe infinito: ſi igit͛ non differūt i hoc
ꝛ ſi quemadmodū nō differūt i h̄ nō differūt
i potētia motoꝛis ꝛ ſi n̄ d͞nt i potētia motoꝛis
nulla potētia eſſet it͛ motoꝛes nedū vt q̇libet
eoꝝ hēant potētiā mouēdi i ifini: ꝛ ſi ita eſſet
iueniret͛ motus in inſtanti: ꝛ ē͞t hoc eſt ipoſſi
bile. ꝛ iō oppinandū ē ꝙ potētie mouētium
ſeperabilium alteꝝ a m͞a ſunt finite vno mo
do: ꝛ infinite alio modo. ꝛc̄. vult dicere pꝛo
bando ꝙ iſti motoꝛes non ſunt infiniti i vi
goꝛe: q: oēs mouent ꝑ infinitū tempus ext͛ē
ſiue: non tamē a ſe. dicas ğ in hoc non diffe
runt: ğ ſi oēs eſſent infiniti in vigoꝛe: oēs
mouerētur in nō tēpoꝛe: ꝛ ꝑ ꝯñs equaliter: ꝛ
per conſequēs in hoc non differrēt: ğ nulla
eē͞t differentia iter eos: ꝛ ita dico de abſtra
ctis ſimpliciter qui non ſunt finiti nec infini
ti: ſi eſſent plures nullo modo differrēt quia
velocitas ꝛ tarditas nō eſt ab ipſis ſꝫ ſolum
continuitas ꝛ in hoc eſſent equales: ğ nulla
inter eos differentia. Unde mihi videtur bn̄
dictum: ꝙ ſi non eē͞t potētialitas non eē͞t dif
ferentia inter eas. vnde ſi vna non ꝑfectior
alia q: non finita: nec infinita quō eē͞t diffe
rentia inter eas ꝛ lꝫ diceres ꝙ vna dependēt
ꝛ non alia quereret quare ſi abſtracte ſimplicit͛
ꝛ nulla potentialitas ꝛ nulla finitas q̄re vna
dependet ab alia. Ex iſtis in iſto dubio elici
untur tales concluſiones. Pꝛima concluſio.
Secūda itelligentia intelligit aliq̇d ex̄ ſe. Ꝫa
concluſio itelligētia iferior intelligit itelligē
tiam ſupioꝛē: ꝛ ſic ſucceſſiue vſq3 ad p̄mū ab
ſtractū ſimpl͞r. 3. concluſio itelligentia infe
rior itelligit motū p̄mi oꝛbis. 4. cōcluſio in
telligētia ſc͞da vnitur motoꝛi extrinſeco an̄ꝙ
recipiat ꝗtitatē: ꝛ intelligit illud ꝑ eſſentiā
illius p̄mi. 5. cōcluſio itelligentie h͞e nō faticā
tur in intelligendo aliq̇d extra ſe: q̇a ſꝑ intel

ligitur eodem modo ꝛ nō vnum poſt aliud· Alias concluſiones p̄termittas· Sequitur ergo ponere·3ᵐ· dubium vtrū deus itelligat aliquid ex̄ ſe ꝙ tangitur·12°· metaphyſice ꝛ maxime cōmento.51°·ibi·n.ariſt·p̄tot ratio/nes declarauit ita intentionē ſuā vt nō opoꝛteat dubitare ꝛ in hoc aue.ꝛ ipſe cōueniūt ꝛ iō dicit ariſt·ꝙ nihil intelligit ex̄ ſe q: vbi intellectum ē aliud ab intelligente; intellectio nō eſt ipſuꝫ nec ſubſtātia ſua.vult ꝰ ɔcludere ſi intellectio nō eſt aliud ꝙ ſua ſba non itelligit aliud ꝙ illam·ariſt·aūt maxime adducit ꝙ villeſceret itellectus diuinus ſi intelligeret iſta inferioꝛa ꝛ q: iſtud dubiū generabat aliud dubiuꝫ quomō deus habeat ſolicitudineꝫ eoꝛum que ſunt hic: ꝛ quomodo ſit pꝛouidentia dei circa res ſi nihil intelligit niſi ſe· Adducit ꝰ p̄mo eodē cōmēto argumētū Themiſtij vbi pꝛobat ꝙ deus intelligit oīa: quia intelligit ſe eē pꝛincipiū eoꝝ.Dat āt r̄n̄ſionē quoꝛūdā dicentiū ꝙ deus ſcit oīa que ſūt hic ſcientia vniuerſali: tn̄ dicit ꝓ contra Themiſtium ꝙ iſte demonſtrationes ſunt illius q̄ n̄ intelligit demonſtratiōes ariſt. R̄ndet ergo ipe ꝛ veritas ē ꝙ p̄muꝫ ſcit oīa. 2ᵐ·qꝺ ſcit ſe tantū ſcientia in eſſe ꝙ eſt cā coꝝ eē verbigratia Qui ſcit caloꝛem ignis tm̄ non dicitur neſcire nām caloꝛis exiſtentis in rebus calidis: ꝰ iſte eſt ille qui ſcit nām caloꝛis: ſm ꝙ eſt caloꝛ: ꝛ ſimiliter pꝛimus ſcit nāꝫ entis in eo ꝙ eſt ens ſimpliciter ꝙ eſt ipſuꝫ: ꝛ iō hoc nomē ſcientia dicit̄ equoce de ſcientia ſua ꝛ noſtra. Sua.n.ſcientia eſt cauſa entis; ens autem eſt cā noſtre ſcientie. Scientia igit̄ eius non dicitur eſſe vniuerſalis; neqꝫ particularis .illud.n·cuius ſcientia ē vniuerſalis ſcit particularia q̄ ſunt in actu in potentia ſcita: eius igitur ſcientia neceſſario eſt ſcientia in potentia ꝛ nulla potētia ē in ſcientia eius·ꝰ ſciētia eius non eſt vniuerſalis: ꝛ magis manifeſtuꝫ eſt qm̄ ſcientia eius nō eſt particularis. Particularia·n· ſunt ifinita ꝛ nō determinantur a ſciētia. Ille igit̄ p̄mus nō diſponitur p ſciētiam q̄ eſt in nobis neqꝫ p ignoꝛantiam que eſt ei oppoſita: ſic nō diſponitur p iſtas· Illud ꝙ non eſt natuꝫ habere alteꝝ· Declaratū eſt igitur aliquod ens eē ſciēs de quo nō erit fas dicere ſibi.vnde ꝛ cōmento·52°·reſpōdet vt dictum eſt hic de ſua ſcientia ꝛ dicit q: cuꝫ ſit pꝛimuꝫ mouens ē cā omnium; nō tamen ꝙ intelligat illa niſi vt dictū eſt de eo qui ſcit nām caloꝛis ignis ꝛc.ꝛ addit ꝙ veritas eſt i hoc ꝙ ſollicitudo ē vt dictum eſt; ꝰ ſi aliqua ſint ſine ſolicitudine pꝛoueniūt ex neceſſitate materie nō ex diminutione agent̄: ita ꝙ hoc excitat quoſdam ad dicendum duoſ deos eſſe quoꝝ vnuſ creat bona ꝛ aliꝰ nō bona. De hac etiam ſollicitudine tangit.2°.phyſicoꝝ ꝛ·2° de anima·ꝛ 12°·metaphyſice commento.37°· Unde ibi generationē ꝛ coꝛruptionē faciūt motus oppoīti continuationē vnius motus eternus: ꝛ ex hoc videtur deū habere curam circa omnia· Dicentes autē ꝙ deus ſolicitus eſt circa vnumquodqꝫ indiuiduū aliqualiter eſt veꝝ ꝛ aliqualiter nō q: nullum idiuiduuꝫ habet diſpoſitionē pꝛopꝛiam; niſi illa diſpoſitio inueniatur i aliquo modo illius ſpēi: ꝰ igitur mō veꝝ eſt deum ſollicitari circa indiuidua: ſollicitudo aūt circa indiuiduum tali modo ꝙ nullus habet cōmunicationeꝫ cum eo hoc non eſt fas bonitati diuine. vnde deꝰ mouendo ſuum celum facit ſpēm pſeuerare: ꝛ ſpēs non perſeueraret niſi pp indiuidua iō eſt cauſa continuationis indiuiduoꝝ ꝛ ideo iſtud indiuiduum intendit vt p ipm conſeruetur ſpēs.ſ.vt eſt aliquiſ homo: ꝰ nō vt hic particulariter ſub pꝛopꝛia ratione que in nullo alio inuenitur: ꝰ ſub ratiōne que eſt cōis omnibus: ꝛ.2°.phyſicoꝝ dicit ſi diuinus nō conceſſerit naturam agere pp finem nō poterit pꝛobare ꝙ deus habet ſolicitudinē pp ea que ſūt hic ꝛ ita.2°·de aīa dicit ꝙ nā diuina mixta ē eis q: pmanēt ſpē cum nō poſſint communicare ipo ſemp eē. Unde ariſt.ꝛ pmanēt qꝺeꝫ non vnū: ꝰ vt vnū numero qꝺē nō vnuꝫ ſpē aūt vnū. Ex iſta aūt·q.eliciunt̄ taleſ cōcluſiones. Prima cōcluſio deus nihil intelligit ex̄ ſe. Scđa cōcluſio: deuſ nō intelligit cognitione vniuerſali vel ſingl'aria in vlī· Tertia concluſio: deus nō intelligit determiāte particularia: q: infinita ꝛ talia nō ptinēt ad ſciētiam. Quarta concluſio deuſ nō habet ignorantiam vt opponitur cognitiōi in vlī ꝛ particulari· Quinta concluſio: cum deus ſit pꝛimuꝫ ens ꝛ maxime eſſe ꝛ natura entis: ꝛ pꝛimuꝫ mouens ꝛ cauſa oium vt dictum eſt itelligendo ſe ꝛ illam naturaꝫ entis dicitur intelligere omnia entia· Sexta concluſio: cum deus ſit cauſa omniuꝫ dicitur habere ſolicitudinem circa omnia. Septima concluſio: deus non habet ſollicitudinem circa hoc idiuidum pꝛopꝛium: ꝰ vt continetur in ſpecie· Octaua concluſio que elicitur·12°.metaphyſice cōmento.37°.ꝯ ponentes heccitates diſtinctas a quiditatibuſ· Nullum indiuiduū habet diſpoſitioneꝫ ſeu heccitatem pꝛopꝛiā niſi illa inueniatur in aliquo alio eiuſdē ſpēi ſpecifice non particulariter neqꝫ ſingulariter

in duobus.ſ.hec ſola. Nona concluſio: intel
lectio dei non eſt accidens. Decima concluſio
intellectio dei eſt ſua ſubſtantia ⁊ idem ſibi.
Undecima concluſio: intellectus diuinus vi
leſceret ⁊ non eſſet idem ſue ſubſtantie ſi itel/
ligeret iſta inferiora. Quarta queſtio eſt
querere vtrum de mente ariſt. ⁊ auc. iſte itel/
ligentie ſe ⁊ finite moueant localiter.ſ.circu
lariter: nã de primo abſtracto ſimplr: certũ
eſt ꝙ oĩo eſt immobile ẜm opinionẽ eoꝝ ⁊
omnium: ſꝫ de alijs nõ conueniũt ariſt. ⁊ auc.
Ariſt.n. expreſſe vult ꝙ nulla illaꝝ intelligẽ
tiarum moueatur: qꝛ ẜm ipſum omnes ſunt
abſtracte ſimpliciter: ſꝫ auc. qui ponit ipſas
finitas ⁊ extenſas: vt audiſtis cõſequẽter po
nit ipſas moueri non per ſe ſꝫ per accidens. ⁊
ita ſemper addit textui Ariſt. quando dicit
ꝙ non mouentur inquit.ſ.per ſe: vt videbit̃
clare. vnde ariſt. non facit in hoc maiorẽ dif
ferentiam de ꝑma ꝙ̃ de vltia. Unde cõmen/
to.49°.12°.metaphyſice dicit clare: quare ⁊
ſubſtantias ⁊ principia ĩmobilia ⁊ ſenſibilia
tot rationabiliter exiſtimare ⁊c̃. g̃ ẜm ariſt.
ſunt ĩmobilia: ſꝫ auc. nõ habet ſic ſuum textũ
ſꝫ ſic neceſſe eſt igitur reputare ꝙ principia ĩ/
mobilia ⁊ ſenſibilia huius numeri: ⁊ auc. di
cit: ſic oporteret exiſtimare ꝙ numerus ſub/
ſtantiaꝝ mouentiũ non mãliuꝫ ⁊ numer⁹ ſub
ſtantiarum ſenſibiliũ motaꝝ eſt iſte: non di
cit ĩmobilium: ſꝫ ñ mãlium: vt ſaluet opinio
nem ſuaꝫ. ⁊ ſic ꝑuertit textuꝫ vndiqꝫ. vnde ẽt
in cõmento.44.12°. metaphyſice ⁊.45°. di
cit de mente ariſt. nõ ſicut ariſt. Unde ariſt.
dicit eſſe plures motores qui nõ mouentur q̃
non ſunt in mã oĩo. Sꝫ auc. ibi addit ꝙ nõ
mouentur ꝑ ſe vt ſaluet ꝙ poſſint moueri per
accidens. vnde in cõmento.45°. facit diffe/
rentiaꝫ de prima ſb̃a: ⁊ ꝑ motore: qꝛ moder/
ni volebant ꝙ ꝑma ſb̃a ꝓcederet tempore ⁊c̃.
⁊ hoc facit in multis alijs locis. Auc. aũt cla
re ponit ꝙ alie intelligentie mouent̃. ⁊ ꝓpter
hoc poſuit ꝙ motus celi eſt motus aĩe. qꝛ mo
uetur circulariter: ⁊ hec eſt illa aĩa que habet
virtutem imaginatiuam ⁊ intellectiuã que ꝑ
ſe mouet: ⁊ mouetur per accidens ꝑꝑ amorẽ
⁊ deſideriũ ꝑmi. ⁊ motor ſaturni ꝑꝑ motum
primi orbis ⁊c̃. Unde mirum eſt ꝙ magni ex
poſitores non velint dicere iſtud cum totus
liber de ſubſtantia orbis: ⁊ .12°. metaphyſi/
ce ⁊.8°. phyſicorũ ⁊ in li° de celo omnia ſint
plena. vnde cõmento.36.12. metaphyſice di
cit: quereret aliquis: ſi illud qḋ imaginatur
ex illis formis eſt eſſe illoꝝ corpoꝝ: quid igi/
tur indiget motu; ſi igitur inquit forma arce
que eſt in anima artificis eſſet eſſe arce non
moueretur ad agendum arcam. Reſpondet
ergo dicamus ꝙ non mouentur niſi qꝛ intel/
ligunt ex ſe ꝙ perfectio ⁊ ſubſtantia eorum ĩ
motu ſicut facit illud qḋ mouetur ad conſer/
uandum ſuam ſanitatem: qꝛ ſcit ꝙ ſua ſani/
tas non conſeruatur niſi motu: ⁊ etiaꝫ intel
ligunt ꝙ motus eorum eſt cauſa exitus eius
qḋ eſt in potentia in illis formis abſtractis
ad actum.ſ.ad formas materiales. Unde ſũt
in potentia in illis abſtractis: ⁊ per ſuũ mo
tum ad actum reducuntur. Dicit tamen ꝙ h̃
ẜm non eſt ſuum ꝑmuꝫ deſideriuꝫ. vult ergo
dicere ꝙ lꝫ motor abſtractus ſit ꝑma perfe/
ctio ⁊ forma iſtaꝝ intelligentiaꝝ: tamen per
ſuum motum conſeruantur ſicut homo am/
bulans conſeruat ſanitatem: ⁊ per ſuum mo
tum generantur iſta inferiora. Non loqui/
tur g̃ ꝙ moueant actiue vt pꝫ in exemplo: ſꝫ
paſſiue clare. Unde arguebat: per motuꝫ ni
hil acquirunt ſibi: g̃ fruſtra mouentur: nam
arguendo actiue argumẽtuꝫ nullum eſſet: qꝛ
ariſt. etiã vult ꝙ mouere eſt operatio propria
dei in libro de celo. vnde arguit ꝙ agens nõ
eſt ſine propria operatione: ⁊ tam̃ nihil acq̃/
rit ſibi ex iſta operatione: ſꝫ de paſſiue ſecus
eſſet. Auc. igitur ꝑꝑ iſtum motum circulareꝫ
poſuit contra mentem ariſt. de celo aĩato ⁊
de iſta anima ſuo modo. Unde ariſt. non po
ſuit celum eſſe animatum ⁊ viuuꝫ niſi ꝑꝑ ab/
ſtractum ſimpliciter: ſꝫ auc. peruertit omnia.
Unde ariſt. 2°. celi cõmento.6°. non vult ꝙ
celum ſit aĩatum niſi vt dixi lꝫ auc. gloſet ſuo
modo vnde dicit ſed neqꝫ ⁊c̃. Uide clare ibi.
Gloſat aũt auc. ꝙ eſt ꝑꝑ rationem eorũ qui
ex anima arguebant ipſum eternuꝫ: ꝙ ratio
non valet ⁊c̃. vide ibi: tam̃ ariſt. ſimpliciter
loquit̃. vnde dicit ꝙ ſi aĩa moueret̃ ꝯtiue nõ
haberet beatam vitam ⁊c̃. ⁊ non dicit de mo
tu contrario ſibi: vt addit iſte peruertitor to
tius ſententie. ⁊ non credatis ꝙ iſte non itel
lexerit ſꝫ trahit omnia ad mentem ſuam: ⁊
lꝫ dicat de anima ⁊c̃. dicit ꝙ anima eſt illa ſe
cundum eos que eſt cauſa ꝙ ſit eterna: ⁊ nõ
aliud: ⁊ lꝫ in.13°. cõmento dicat ad proban/
dum ꝙ in celo ſit dextrum ⁊ ſiniſtrum: ꝙ ſi
eſt animatum neceſſarium eſt dextrum ⁊ ſi/
niſtrum. vide ꝙ ariſt. hoc non affirmat ſed
vult dicere ꝙ ſi eſſet animatum ſicut iſti di/
cunt eſſet ibi dextrum ⁊ ſiniſtrum. Auc. vt fa
ciat ſuam fantaſiam dicit ⁊ hoc ꝙ poſuit ipꝫ
animatum manifeſtabitur in alio: ſꝫ hoc nõ
eſt verum ⁊ ideo dicit in de ſubſtantia orbis
ꝙ fecit librũ de natura celi ⁊ ideo ipſe non in

ueniendo illum fecit ſuum. vnde Ariſt. ibi in commento. 9°. loquitur dubitatiue etiam ſꝫ auerro. vtrum corpus celeſte ſit animatuꝫ. ⁊ ideo in cõmento. x°. dicit ꝙ in corporibus in animatis eſt dextrum ⁊ ſiniſtruꝫ quo ad noſ ⁊ ideo nunꝙ dixit ariſtote. ꝙ celum ſit animatum: ſꝫ dicit ꝙ aliqui ponebant animatũ ⁊ clarum eſt ꝙ tunc haberet ſꝫ nõ omne vt plãte dextrum ⁊ ſiniſtrum. ſꝫ ſi animatuꝫ: habꝫ etiam celum dextrum ⁊ ſiniſtrum: ⁊ ſi inanimatum: habet etiam dextrum ⁊ ſiniſtrum q̃ ad nos: in noſtra tamen tranſlatione in. 13°. cõmento dicitur. Eſt autem celum animatũ ⁊ habet principium motus: ſꝫ in alio cõmento ⁊ bene loquitur conditionaliter. tamen ꝙ habet principium motus: loquitur de motore extrinſeco. ⁊ ideo poteſt vocari animatuꝫ hoc modo: tamen ſemper ibi locutus eſt cõdicionaliter etiam ſecunduꝫ auerro. tamen i commento. 60. dicit iſta eſſe animata ⁊ viua ſꝫ loquitur d̃ anima ſeperata ſimpliciter vt ſ. licet auerro. gloſet ſuo modo. ⁊ ideo in commento ſequenti quando dicit ꝙ optimuꝫ habet ſuam bonitatẽ ⁊ perfectionẽ a ſe. Quod autem eſt propinquiſſimum iſti per paucam ⁊ vnam operationem vel motionẽ. Qd̃ autẽ remotum per multas ⁊c. ⁊ ſecunduꝫ auerro. illud qd̃ eſt vnum eſt celum quod mouet motu diurno. ⁊ ideo dicas ꝙ illud qd̃ a ſe eſt: eſt intelligentia abſtracta ſimpliciter. Concludendo igitur dico ꝙ ſicut auerro. 3°. de anima vult commento. 2°. ꝙ intellectus agens vnitur nobis mediante adepto. ⁊ ita intelligimus eternum. ſic fecit de iſtis intelligentijſ ſecundis ꝙ vna intelligit aliam: ⁊ perficitur ab alia vſqꝫ ad primam: ⁊ mouent ⁊ mouenẽ propter primam ⁊c. cõmentum ſꝫ. 13m. ſecundi celi in iſtis verbis. eſt autem celum animatum ⁊ habet principium motus: fuit cauſa vt auerro. faceret iſtam ſuam opinionem: ⁊ maxime non ponendo ibi materiaꝫ. Quid ſꝫ oportet dubitare ꝙ iſte intelligentie mouenantur ſecundum auerro. nam cum ariſto. dixerit. 2°. celi commento. 6. vt ſupra ꝙ anime corporuꝫ que mouentur continue non poſſũt eſſe beate. Aue. gloſat ꝙ hoc intelligitur de motu contrario: quid igitur oportebat gloſare ſi non vult ꝙ moueatur. vnde etiam. 12° metaphyſice cõmento. 37°. dicit auerro. cum declarauit primuꝫ motorem eſſe eternum: ⁊ ſubſtantiam ⁊ principiuꝫ ſine materia. ⁊ motorem abſqꝫ hoc ꝙ moueatur ⁊ qd̃ mouet vt amatum eſt ille qui ñ mouetur quaſi dicat ꝙ alij mouentur. Ex predictis eliciuntur tales concluſiones. Prima concluſio: intelligẽtia abſtracta ſimpliciter nullo motu mouet omnino. Secunda cõcluſio: intelligentia ſꝫ mouetur motu ad vbi. Tertia cõcluſio: intelligentia ſꝫ mouet per ſe: ⁊ mouetur per accidens mouendo ſcilicet ſuum corpus. ſ. quantitatem cui coniungitur. Quarta concluſio intelligentia ſꝫ per ſuum motum conſeruat in ſua perfectione. Quinta concluſio motuſ celi eſt propter conſeruationem celi ⁊ propter generationem formaruꝫ materialium. Sexta concluſio ſecunduꝫ auerro. in celo eſt anima que mouet ⁊ mouetur: ſꝫ ſecunduꝫ ariſtotelem eſt ſolum ibi motor abſtractus ⁊ non anima proprie. Septima cõcluſio ſcd̃m ariſto. qd̃ continue mouetur non habet beatam vitam. Octaua concluſio ſecundum auc. qd̃ cõtinue mouetur motu contrario ſibi non habet beatam vitam. Nona concluſio: ſi celuꝫ eſt animatum habet dextrum ⁊ ſiniſtrum. Decima concluſio ſi non eſt animatũ habet dextrum ⁊ ſiniſtrum quo ad nos cetera per te elicias. Aliud dubium eſt vtrum ſecundum opinioneꝫ ariſtote. ⁊ aue. prima cauſa vel primum ens: ſiue deus moueat ſoluꝫ vt amatuꝫ ⁊ deſideratum ⁊ appetibile ita ꝙ alij amando ipſum moueant an moueat imediate actiue primuꝫ orbem ſcilicet diurnum ſicut alij motores ſuos orbes. fuerunt eniꝫ quidã qui ponebant deum eſſe infinitum intenſiue ⁊ neceſſario agere. ⁊ per conſequens arguebant. ſꝫ ſi mouet actiue moueret in non tẽpore: ſꝫ de hoc in alio dubio. Ariſtote. ergo ⁊ aue. in hoc non conueniunt. Ariſtote. eniꝫ vult expreſſe ꝙ moueat actiue. auerro. autem vult ꝙ moueat ſolum vt amatuꝫ ⁊ deſideratum ⁊c. Ariſt. enim in cõmento. 38°. 12°. metaphyſice cũ locutus fuit de deo ⁊ de eius ſubſtantia dicit ꝙ ſuus intellectus mouetur a ſe ipſo quia idem eſt intelligens ⁊ intellectum ⁊ mouet ſicut amatum. per motum auteꝫ mouet iſta alia id eſt deus amando ſe: cauſat motum primi mobilis ⁊ mediante illo motu mouet iſta alia. Auerro. trahit ſuo modo ſcilicet ꝙ primuꝫ celum vel corpus celeſte primuꝫ amando mouet primuꝫ orbem ⁊ per motuꝫ illius alia ⁊c. Auerro. enim quia ariſtote. dicit: intellectus auteꝫ ab intelligibili mouetur in ſua tranſlatione habet. principium autẽ ẽ imaginatio per intellectum: dicit ꝙ hec non eſt fantaſia neqꝫ ſenſus ſꝫ imaginatio ꝑ intellectum vt veniat ad ſuam opinioneꝫ de motoribus coniunctis: ⁊ non eſt ita: quia loquitur continuando de deo: quomodo mo-

uet ⁊ mouetur a ſe ipſo intelligendo ſe: videa
tur ibi clare. Unde ⁊ ariſtote. cōmento. 49°
clare dicit quare ⁊ ſubſtantias ⁊ principia i-
mobilia ⁊ inſenſibilia tot rationabiliter exi-
ſtimare ⁊c. Ariſt. n. ibi clare arguit numerū
ſubſtantiarum imobilium ⁊ inſenſibiliuꝫ ex
numero celoꝝ. ⁊ per conſequens ponit plura
imobilia que mouent: ⁊ non facit mag̃ diffe
rentiam de prima ꝙ de alijs ꝗ̄tum ad moue-
re: imo ſi non eſſent mouentes: eſſent ocio-
ſe. Sed auerro. peruertit omnia. vnde com-
mento. 45. dicit ꝙ prima ſubſtantia eſt cau-
ſa plurium ſm ꝙ a pluribus intelligitur tm̄
eſt. n. inquit illic cauſa ⁊ cauſatuꝫ ſm ꝙ a plu
ribus intelligit. ⁊ ibi dicit ꝙ falſuꝫ eſt qđ mo
derni dicunt: ꝙ prima ſubſtantia ē prior mo
tore totius. vnde ſi alique eſſent non mouen-
tes: eſſent ocioſe: vult dicere ꝙ deus nō fuit
ante primuꝫ motorem. ſ. primi celi. ⁊ ꝙ deus
mouet tanꝗ̄ cauſa finalis. vnde videte homi
nem reuoluentem omnia. Unde q: videbat
ex verbis Ariſtote. ꝙ prima cauſa: ⁊ primus
motor: ⁊ primuꝫ ens erat illud qđ mouebat
primum mobile. dixit aliquando ꝙ primus
motor: vel prima cauſa non erat ens primuꝫ
qđ mouet ſolum vt amatum. vnde enſ primū
non erat motor primi mobilis qui dat con-
tinuationem in ſpecie. lꝫ aliquando poſſet di
ci ꝙ primaꝫ cauſam vocat etiam primum enſ
ꝫ ariſtote. per primaꝫ cauſam ⁊ primuꝫ ens
⁊ primuꝫ motorem ⁊ deum intelligit idem q̇
mouet actiue. vnde in. 7°. ⁊. 8°. phyſicorum
non inſudauit ad aliud niſi vt oſtenderet pri
muꝫ motorem qui mouet ⁊ non mouetur. ⁊
non fecit mentioneꝫ de alio qui moueat vt a-
matum. Unde ſemper loquitur đ mouere a-
ctiue. ⁊ concludit. Primus igitur motor indi
uiſibilis impartibilis nullam habenſ magni
tudinem: hoc non poteſt competere ſuis mo
toribus coniunctis. vnde ariſtote. ibi ex hoc
ꝙ omne qđ mouetur: ab alio mouetur. diſti-
guit ibi de motoribus. ſ. aut de motore q̇ mo
uet: quia alius mouet ipſum ⁊c. de motore
medio. ſ. ꝙ eſt aliquis motor qui eſt medius
inter primuꝫ ⁊ ipſum motū: ⁊ ꝙ primus mo
tor prius eſt naturaliter medio ⁊c. Et de mo
tore qui non mouetur ꝑ accidens. Et ex iſtis
vult deuenire ad motorem qui non mouea-
tur omnino: quia omne per accidens reduci
tur ad per ſe. g̃. cum ſemper loquatur de mo-
toribus actiuis ⁊ in eodem contextu. ⁊ ſentē
tentia ſequitur ꝙ ſemper fit mentio de acti-
uis. nec aliter vnꝗ̄ ariſt. locutus eſt de ſom-
nio. Auerro. de motoribus coniunctis ⁊ ſepe

ratis. vnde cōmento. 45. ⁊ ſequenti vult mo
tum eternum eſſe compoſitum ex motore qui
non mouetur: ⁊ ex moto eterno. vude ibi cō-
mento. 46. dicit: quoniam autem neceſſe eſt
vt ſit hoc aliquid qđ in ſe non ſit motuꝫ ⁊ ſit
abſolutum ab omni tranſmutatione ſimpli-
citer: ⁊ per accidens qđ mouet aliquid aliud
declaratur hoc modo ⁊c. quid vultis clarius
in eodem: ſi non vultis loqui equiuoce: non
mouetur ⁊ mouet ⁊c. Unde videatis in om
nibus cōmentis quando ariſtot. arguit: aut
quandoqꝫ mouet: aut quandoqꝫ quieſcit. ⁊ ſi
militer aut mouetur a ſe aut ab alio. g̃ ſemꝑ
loquitur eodem modo ⁊ de motoribus acti-
uis. Et ex iſtis vult concludere motoreꝫ qui
non mouetur ⁊c. vnde commento. 52°. dicit
auerro. ꝙ illi motores mouentur per accidēs
ergo non eſt motor quem vult inferre ariſt.
⁊ tamen ariſtote. probauit de motore nullo
modo moto. ergo cuꝫ non narret niſi moto-
res actiuos ⁊ non alios ſcilicet qui vt amati
⁊ qui ſunt fines ⁊c. ſequitur ꝙ talis qui non
mouetur eſt qui actiue mouet. ⁊ ideo ariſto.
ibi neceſſe eſt ꝙ talis motor nullo modo mo
ueatur: aliter ille motus non erit eternus. ille
bonus homo fugit ad continuitatē. ⁊c. ꝫ nō
eſt ad propoſitum textus ⁊c. Iteꝫ ꝙ ariſto.
12°. metaphyſice dicat querēdo quot ſint ta-
les motores: ⁊ in alijs loquatur ſcilicet de cō
iunctis qui mouent actiue: ⁊ in iſto ſoluꝫ de
ſeperato omnino: non eſt vniuoca locutio. g̃
cuꝫ dicat eſſe plura talia aut loquitur ſoluꝫ
de abſtractis. ⁊ ſic plura abſtracta: ſi vero đ
coniunctis: falſuꝫ eſt ꝙ ſint plura talia: que
non moueantur. vude, vide etiaꝫ ibi in com
mento. 59. 8°. phyſicoꝝ dicit ariſtote. ꝙ ta-
lia mouentia ſcilicet que non mouentur non
tranſmutantur in ſubſtantia. ergo loquitur
de motoribus actiuis: quia illa que mouent
vt amata bene poſſunt tranſmutari i ſubſtā-
tia: ſed iṗoſſibile eſt inuenire aliquid qđ po-
teſt tranſmutari in ſubſtantia ꝙ moueat acti
ue localiter ⁊ non moueatur ſalteꝫ imediate.
vide bene. dimittamus ꝙ diceres ꝙ i iſta mo
tione locali non tranſmutatur. quid eni ma-
gnuꝫ eſt hoc ꝙ aliquid qđ mouet tanꝗ̄ ama
tum in illa motione non tranſmutetur: q̇s
neſcit hoc. vnde cōmento. 35°. ariſtote. ⁊ ēt
auerro. naꝫ motus continuus debet eſſe mo
tus vnius motoris: motor auteꝫ qui ſit vnꝰ
neceſſe eſt ꝙ ſit primus: ⁊ cuꝫ ſit primus iṗoſ
ſibile eſt ipſuꝫ moueri neqꝫ per ſe neqꝫ per ac
cidens. ⁊ conſequetur: quoniaꝫ motus qui
fit a motore talis eſt continuus: ⁊ motus q̇

ineſt rei mote eſt non continuus·Q̄·n·eſt ta
le non tranſmutatur cum eo qđ traſmutat·ſe
quitur: ꝫ poteſt ſemper mouere·⁊ quia iſte
motor non mouetur: cum mouet non acci/
dit ei fatigatio in ſua motione qđ non acci/
dit motoꝛibus qui cum mouent mouentur.
Non timeatis ergo cõmentum·2º·celi com/
mento·63.vbi dicit ariſtoteles: videtur autẽ
optime habenti quidem exiſtere ꝙ bene ſine
actione ꝓpinquiſſimo autem per paucã ⁊c̃.
Unde ariſt.loquitur ibi de eo qui non acqui
rit actionem vt perficiatur.vnde textus auc·
ibi illud qđ eſt nobile perfecte completum eſt
⁊ qđ eſt nobile ſine actione ⁊ operatiõe qua
acquirunt nobilitatẽ: notate qua acquirunt
nobilitatem: ⁊ notate quia dicit ſine opera/
tione: ꝫ cum ſecundum ipſos deus habeat o
perationem intrinſecaꝫ·Unde·12º·metaphy
ſice: dei autem perfecta operatio.ꝫ loquitur
de his qui habent actionem ⁊ operationem
⁊ acquirunt ſibi nobilitatem per illam·⁊ idẽ
auerro.ibi: illud qđ acquirit perfectam no/
bil tatem ſine actione ⁊c̃. vnde ariſtote.2º.
celi cõmento.17º. vnumquodqꝫ enim eſt: quo
rum eſt opus gratia operis: dei autem opera
tio imoꝛtalitas: hoc autem eſt vita ſempiter
na. Itaqꝫ neceſſe eſt ⁊ deo motum ſempiter/
num exiſtere·videte ergo homineꝫ omnia ad
ſuum ſenſum trahentem in textu cõmentato
ris·Hic·2º·celi commento.17º. non nomina
tur deus ⁊ in noſtro his vt dicat iſta verba đ
celo·Unde cũ dixit ibi de re diuina: dixit ce
lum ãt eſt huiuſmodi. Unđ noſter textus ha
bet ſic: neceſſe itaqꝫ deo motum ſempiternuꝫ
ineſſe: quoniam autem celum tale coꝛpus.n·
quoddam diuinũ ꝓpter hoc tale habet coꝛ
pus qđ natura circummoueatur ſemper ⁊c̃.
⁊ ita videte ꝙ ꝓpter diuinam operationeꝫ
eternam neceſſarium fuit eſſe coꝛpus circula/
re ⁊ quodammodo diuinum ꝙ ſemper poſſit
moueri. eſt ergo locutio đ actione diuina cir
ca tale coꝛpus· Auerro.autem dicit ꝙ actio
rei diuine eſt eternitas·i· inquit ſequitur ex
iſtis ꝓpoſitionibus ꝙ res diuina non inue
nitur niſi ꝓpter eternitatem: ⁊ neceſſario ẽ
vt actio rei diuine ſit eternitas: actio rei diui
ne eſt ipſa ⁊ ſuum eſſe: cum non ſit ꝓpter a
liud·⁊ lege quia non videtur loqui iſte de a/
ctione dei ꝫ celi cum ſuo coniuncto vt fugiat
⁊ ſi loquitur de deo non vult ꝙ moueat acti/
ue·tamen dicit vltimate ꝙ motus celi eſt ꝓ
pter actionem diuinam eternam: ꝫ non dicit
de pꝛimo ente: neqꝫ de deo. Auerro·tamen cõ
mento·37º.12º·metaphyſice dicit ꝙ idem eſt
agens motum ⁊ finis motus·Unde quando
vult dicere ꝙ ſit cauſa actiua non finalis: di/
cit actionem.tamen iſte loquitur ibi de mo/
toꝛibus coniunctis.ſ·quia ille intellectus ſe/
cundum virtutem deſideratiuaꝫ mouet ⁊ mo
uet ꝓpter ſe.ſ·conſeruando ſe in motu.ta/
men poſtea ponit ꝙ etiam mouent ꝓpter
pꝛimum finem abſtractum ſimpliciter: ꝫ ari
ſtoteles expꝛeſſe loquitur de motoꝛibus ab/
ſtractis ſimpliciter: ⁊ non habuit fantaſiam
Auerro·qui non ponebat iſtam virtutem de
ſideratiuam in deo ⁊c̃·⁊ vocat deum pꝛimuꝫ
ens: pꝛimum autem motoꝛem vocat motoꝛẽ
pꝛimi mobilis ·Licet aliquando vocet pꝛi/
mum motoꝛem: ꝫ motoꝛem addit: qui mo/
uet vt amatuꝫ ⁊ qui non mouetur·⁊ ſic vocat
etiam aliquando pꝛimam cauſam· Pꝛopter
etiam commentum·37.⁊.38·12. metaphiſice
multi crediderunt de mente ariſtote. ꝙ mo/
ueret ſolum vt amatum: dicit.n·mouet autẽ
ſicut appetibile ⁊ intelligibile: hec enim ſo/
la mouent non mota: hec eniꝫ verba dedux
runt multos in iſtam opinionem.⁊·B.L.in
ſua metaphyſica poſuit etiam đ mente ariſt·
celum animatum: ſed magis eſt imitatus
Auerro.⁊ ita Antonius Andree Gaietanᵒ
⁊ alij: allegat tamen Antonius andree vnũ
expoſitoꝛem quem non nominat qui eſt opi/
nionis noſtre.ſed iſta ſententia eſt pꝛo nobiſ
non contra nos·dicit ergo in textu: hec eniꝫ
ſola mouent non mota.non loquitur ergo đ
vno ſolum. Eſt ergo intentio ariſtote·clare
ꝙ illa que mouent per intellectum ſunt ſoluꝫ
illa que poſſunt mouere ⁊ non moueri·Intel
lectu ꝫ ſuo cauſat motum vt dixi alibi vide:
mouet ꝫ ſeipſum ⁊ mouetur a ſe ipſo·i·intelli
git ſe: ⁊ intelligitur a ſe: nec loquitur plus đ
vna intelligentia ꝙ de alia. ⁊ ideo dat diffe/
rentiam inter nos: ⁊ ſeperata quando moue
mur ꝓpter finem ⁊ deſideratuꝫ: quia in ſe/
peratis deſideratum in eis eſt idem cum intel
lecto ab eis ⁊ potentia qua deſiderat non eſt
alia a potentia qua intelligit: ꝫ in nobis ſũt
alie potentie quia deſideratum compꝛehendi
tur ſenſu: ⁊ eſt voluptatum: intellectum aũt
intellectu differt ꝫ in nobis deſideratum ab
intellectu quia deſideratum eſt ſenſatum: q:
⁊ compꝛehenditur ſenſu: ⁊ voluptuoſum: in
tellectum autem intellectu: voluptuoſum igi
tur ⁊ intellectum in abſtractis idem eſt: q:
ibi non eſt ſenſus: dicitur autem in commen
to ꝙ tales foꝛme ſunt abſtracte ſicut dictum

ē i.3°.phyſicoꝝ q: q̄ mouēt corpora celeſtia: i
nulla exiſtūt maťia.⁊ i li° ꝺ aīa forme abſtra
cte ſūt itellecta: ꝙꝑ hoc mouēs ē itellect⁹.⁊
ē mouēs q: agit motū.⁊ ē finis mot⁹.⁊ iſta
differūt i nob̄ q: qꝺ ē agēs motū n̄ ē finiſ mo
t⁹: verbigr̄a: balneū hēt duplex ēe: i aīa ⁊ ex
tra aīaꝫ: qꝺ ē i aīa ē agēs motū: qꝺ ē ex aīam
ē mouēs ſecūduꝫ finē: ḡ vide ꝙ nō negat ꝑꝑ
hoc: ꝙ illꝺ qꝺ ē mouēs ſiť appetibile: nō ſit
mouēſ celū actīe: ⁊ cā actiua n̄ ſolū finaľ celi
ſolum ḡ loquitur auerro.hic ſm ſuam fanta
ſiam de motoribus coniunctis qui mouent
⁊ mouentur: ⁊ non loquitur ꝺ primo abſtra
cto ſimpliciter de quo tamē vt patet expreſſe
loquitur Ariſtote.ibi ⁊ alibi: ⁊ maxime pri/
mo celi cōmento.99.quia loquitur expreſſe
de deo: ꝙ mouens eſt in conuexo ſpere ⁊c̄.vn̄
⁊ cōmento.84.8°.phyſicoꝝ dicit ꝙ iſte mo/
tor eſt in illis locis in quibus eius effectuſ ap
paret: ⁊ maxime in loco in quo motio eius e
qualiter partitur per omnes partes illi⁹ qꝺ
mouetur ab illo.⁊ per conſequēs non poteſt
intelligi de alijs motoribus qui ſm auerro.
mouē.ur: cum loquatur de illo qui non mo/
uetur: vide ⁊ non ſunt alij qui moueantur ſe
cundum auerro.preterea nominat illic habi
tare deum.ḡ ſi non loquitur de motore acti/
ue: non oportet hec dicere de fine.ſ.ꝙ ſit ubi
eſt res mota.vnde.7°.phyſicoꝝ cōmento.9.
dicit: primuꝫ igitur mouens non ſicut qꝺ eſt
cuius cauſa: ſꝫ vnde eſt principium motuſ eſt
ſimul cuꝫ eo qꝺ mouetur.eſt.n.ſentētia ariſt.
ibi ꝙ illud qꝺ eſt cauſa actiua non vt cauſa fi
nalis eſt vbi eſt motum: ⁊ ideo cuꝫ ſepe dicat
in.8°.primuꝫ motorem mouere indiſtanter
a moto.⁊.12°.metapyſice ⁊ illic eſſe vbi ap/
paret ſua motio ⁊ non moueatur ⁊ ideo cum
in libro de celo ponatur i oriente ſequitur ꝙ
loquatur de motore actiue qui non mouetur
⁊ ideo in commento vltimo concludit talem
motorem non habere magnitudinem ⁊ dicit
omnis corporis finiti actio eſt finita: primi
motoris actio eſt infinita.ḡ non habet ma/
gnitudinem.⁊ ſic ex actione concludit infini
tatem: ſꝫ de cauſa finali argumētum nullum
⁊ in quatuor terminis nec valet dicere ꝙ lo/
quatur de motore primi mobilis ſm auerro.
quia per te auerro.tale mouetur.ſalua ḡ ꝙ n̄
moueatur ⁊ ſit primuꝫ.Ariſtote.etiam.12°.
metaphyſice cōmento.37°.dicit ꝙ hoc intel
lectum ab iſto eſt de genere forme que eſt ha/
bitus non priuatio.⁊ non eſt materia neqꝫ i
telligiť per aliud.⁊ iſtud intellectum bene eſt

alaſtogia que eſt ꝓncipiuꝫ omniū reꝝ ⁊ non
ſunt alia principia reruꝫ: ſicut aliqui pone/
bant liteꝫ ⁊ amicitiaꝫ vel alia: ſꝫ iſta eſt vlti/
ma forma ꝑfecta per ſe ⁊ nō alia.ḡ loquiť de
abſtractis ſimpľr que intelligēdo ſe mouent
ille autē auerro.q̇ omnia ꝑuertit vt diximus
gloſat ſuo mō ꝙ moueat vt amatuꝫ.⁊c̄.vnde
veꝝ eſt ꝙ lꝫ moueat celū imediate: tamē nul
lam ſubſtantiā cāt imediate: ſꝫ obſecro bn̄ le
gant ſci attenti textuꝫ ariſto.⁊ poſtea auer.⁊
videbūt ſi deuiabit a magr̄o ſuo qui mō vult
intelligere de ꝓ motu mō de ꝓ motore primi
celi: mō dicit ꝙ ꝓma cā eſt motor ꝓmi celi: ⁊
oīa adducit vt faciat voluntateꝫ ſuā.⁊ iō ſuꝑ
fluuꝫ mihi videtur ſuꝑ hoc ampli⁹ inſiſtere.
Ex iſtis ḡ eliciuntur tales cōcluſiones.Pri/
ma cōcluſio de mēte ariſt.ꝓma cā ⁊ primū enſ
mouet ꝓmuꝫ celuꝫ imediate actiue.Scꝺa cō
cluſio de mēte aue.ꝓmū ens ſolum mouet vt
amatū.Tertia cōcluſio de mente amboꝝ tot
ſunt motores actiue quot ſunt orbes.Quar
ta cōcluſio de mente ariſt.nō eſt alia intelli/
gētia abſtracta niſi que mouet orbeꝫ.Quita
cōcluſio: de mente aue.vltra motores celorū
actiue eſt prima itelligentia ⁊ ꝓmum ens qꝺ
mouet vt amatuꝫ.Sexta cōcluſio niſi itelli/
gentia moueret eo mō quo dictuꝫ eſt ſm mē/
teꝫ amboꝝ eēt ocioſa.Septima cōcluſio: via
numerādi intelligentias ē mot⁹ ſtellaꝝ vt di
ctuꝫ ē.Octaua cōcluſio: quelibet itelligētia
poſt ꝓmaꝫ mouet ꝑꝑ ꝓmam.Nona cōcluſio
ſm aue.quelibet itelligentia mouet poſt pri/
maꝫ intelligendo deū ⁊ ſe.Decima concluſio:
vnuꝫ inquantuꝫ vnum ⁊ ſimpliciſſimuꝫ pōt
eſſe cauſa pluriuꝫ loquendo de cauſa ꝑ intel/
lectū ſm ꝙ a pluribus itelligiť.Undecia con
cluſio: ideꝫ inquātuꝫ ideꝫ ⁊ ſimpliciſſimū nō
pōt eſſe cā pluriuꝫ loquendo de cauſa proprie
dicta.Duodecia ꝯcluſio: ſꝫ aue.ꝑ motū ꝓmi
orbis a ꝓ motore hētur cōtinuitas ſꝫ ſpēm
i iſtis iferiorib⁹: ⁊ generatio ⁊ corruptio ab
alijſ.Deciatertia ꝯcluſio: i pria itelligētia idē
ē mouēs ⁊ motū.14.cōc°: i abſtractis idē ē
ꝯſideratū ⁊ itellectū.Deciaq̄nta cōc°: pria cā
ē i cōuexo ꝓmi mobilis i oriēte.Deciaſexta cō
cluſio: pria cā q̄ mouet ē pricipiū mediatū re
rū q̄ qn̄ꝫ ꝺeſcūt ⁊ qn̄qꝫ mouēť.Deciaſeptia cō
cluſio.ſꝫ ariſt.pria cā ē ꝓncipiū ⁊ finis mot⁹
ſui orb̄.Cōrelariū ariſt.pria cā nihil cāt ime
diate actiue niſi motū.Ex iſtis ſupra htis fa
ciliter poterit ſolui dubiū qꝺ tāgiť ab aue.8°
phyſicorum commento.79°.quod erat tale:
motor mouens celum eſt potentie infinite:

ergo mouet in non tempoꝛe ⁊ in inſtanti pꝛe
ſupponẽdo ſm̄ ipſos ꝙ neceſſario moueat.
Ad iſtud argumẽtum auerro. in diuerſis lo/
cis reſpõdet. Dicit ergo ꝙ ſi actio eſſet coꝛpo
ris: ⁊ ita potẽtia ſic ꝙ eſſet extenſa: tunc ſe/
queretur ꝙ ſi talis virtus eſſet infinita tunc
moueret in nõ tempoꝛe. ſed ſi talis virtus nõ
ſit in coꝛpoꝛe: ⁊ non ſit extenſa nõ competit
ſibi finitum nec infinitum. ⁊ ſic quia non eſt
finita nec infinita nõ ſequitur ꝙ moueat in
non tempoꝛe: quia ſi ibi non eſt eſſe in coꝛ/
poꝛe non poteſt dici vna maioꝛ alia: ſed be/
ne in quantitate ẽ talis comparatio. 12°. au
tem metaphyſice cõmento. 42°. dicit pꝛimo
Et ſi in coꝛpoꝛe finito fuerit potentia infi/
nita: continget illud coꝛpus moueri in inſtan
ti: vt declaratum eſt in. 8°. phyſicoꝝ. Ari/
ſtoteles ergo ſolum voluit venire ad hoc:
vt demonſtraret ens abſtractum ſimpliciter
eſſe: ⁊ tale non dicitur finitum nec infini/
tum. Uirtus autem infinita extenſa in coꝛ/
poꝛe nõ datur niſi daretur coꝛpus infinitum
⁊ tale non datur: ⁊ ſi talis infinitas inueni/
retur bene moueret in non tempoꝛe. Ulteri/
us dicit auerrois ſm̄ ſuã fãtaſiam ꝙ iſte mo
tus componitur ex duobus motoꝛibus: quo
rum vnus eſt finite motionis ſcilicet intenſi
ue: ⁊ eſt anima exiſtens in eo: ſcilicet foꝛma
celi. ⁊ aliud eſt infinite motiõis: ⁊ eſt poten
tia que nõ eſt in materia omĩo ꝓpter id igi
tur qđ mouetur a potentia finita non moue
tur in inſtãti: ſed in tempoꝛe. Et quia moue
tur a potentia non in materia oĩo motus eſt
eternus ⁊ cõtinuus. Dicitqꝫ ꝙ ille motoꝛ fi/
nitus ꝓpter eſſe finitum habet ꝓpoꝛtio/
nem ad rẽ motam: ⁊ tamen illa ſubſtantia ẽ
eterna: ſicut ſubiectum eſt eternũ. Uult er/
go ꝙ motoꝛ abſtractus ſimpliciter ſit infini
tus extenſiue ⁊ nõ intenſiue: quia ſic nec fini
tus nec infinitus. Unde ſi etiam auerrois ꝑpo
neret pꝛimũ abſtractum ſimpliciter infinitũ
intenſiue argumentum non concluderet con
tra ipm̄: quia non mouet niſi vt amatum: ſꝫ
bene contra ariſtotelem. Et ideo de infini/
to intẽſiue in deo tacuit ne videretur contra
dicere ariſtoteli: licet dicat ꝙ finitum ⁊ in/
finitum non competat niſi exiſtenti in quan
titate: vt etiam dicit ariſtote. Motoꝛ autẽ
coniũctus eſt finitus intenſiue. Et licet talis
motoꝛ moueat in infinitũ extẽſiue: tamẽ non
mouet a ſe: ſed a pꝛimo abſtracto. Et ideo il
le eſt qui dat perpetuitatem ⁊ cõtinuitatem
motui. Unde coꝛpus celeſte eſt in potẽtia ad
vbi: ⁊ finitum in potẽtia ⁊ terminus clauſũ
⁊ mouetur per accidẽs ſuus motoꝛ. ergo ali/
quãdo quieſceret niſi eſſet motoꝛ extrinſecꝰ:
Sũt ergo aliqua coꝛpoꝛa que habent poten
tiam ad trãſmutationem: aliqua ad altera/
tionem: aliqua ad vbi: vide ibi. Uult ergo
auerrois ꝙ cũ motoꝛ cõiunctꝰ moueaṫ ad mo
tũ ſui coꝛꝑis: ⁊ celũ ſit in potẽtia ad ubi. aut
ḡ ẽ potẽtie finite aut infinite intẽſiue: ſi fini
te aliquãdo q̇eſcet: ſi infinite mouebit in nõ
tẽpoꝛe: nã motoꝛ infinitꝰ intẽſiue etiã ſi mo/
uereṫ ad motũ alteriꝰ nõ ſeq̇tur ꝙ aliquando
q̇eſcẽt ꝑꝑ ſuã infinitã ꝟtutẽ: tamẽ iſte motoꝛ
mouẽt ĩ nõ tp̄e. ⁊ iõ vt fugiãṫ iſta duo ĩcõue/
niẽtia. ſ. ꝙ celũ q̇eſcat: ⁊ ꝙ moueaṫ in nõ tp̄e
oꝫ deuẽire ad motoꝛẽ ſeꝑatũ q̇ nõ moueaṫ per
accñs: nec erit in potẽtia ad vbi. ⁊ iõ motum
ab ipo nõ opoꝛtebit aliqñ q̇eſcẽ. mirũ tamẽ ẽ
ꝯtra auẽ. ſi motoꝛ cõiũctꝰ ẽ ĩfatigabilis lꝫ mo
ueaṫ ꝑ accñs poita cõſuatõe gn̄ali ⁊ cã vſi. q̄
re ex ſe nõ poſſit in infinitũ. Uñ lꝫ nõ poſſit
mouẽ niſi tãtã q̄titatẽ: ita ꝙ ſi addereṫ vna
ſtella nõ poſſꝫ mouẽ ꝑꝑ ꝓpoꝛtionẽ ⁊c̄. tñ cuꝫ
nõ ſit fatigatio nõ vĩ ꝙ nõ poſſit mouẽ in ĩfi
nitũ. 2°. ẽt celi. cõmẽto. 72. dat fere eãđ rñſi
onem de motoꝛe ſeꝑato mouẽte ⁊c̄. cõmento
ꝟo. 64. dicit đclarabimꝰ illic ꝙ additio potẽ
tie motoꝛis ſuꝑ potẽtiã moti nõ eſt infinita
niſi in tp̄e ⁊ intermiate motiõis: neqꝫ in velo
citate: neqꝫ in multitudĩe motuũ. neqꝫ in ma
gnitudĩe coꝛpoꝝ: quoniã ſi ita eẽt: eẽt poſſi/
bile ĩuẽire motũ nõ ĩ tp̄e: ⁊ coꝛpꝰ motũ in in/
finitũ qđ ẽ ĩpoſſibile. 2°. ẽt celi cõmẽto. 39°.
dicit: declaratũ ẽ ꝙ motoꝛes celoꝝ diñt ĩ po
tẽtia ⁊ ĩ eẽ: ⁊ cũ h̄ vnũq̇dqꝫ coꝝ mouet ꝑ infi
nitũ. mõ igiṫ remanẽt vt diãt niſi ꝑꝑ diuer
ſitatẽ ꝓpoꝛtõis iter vnũquodqꝫ eoꝛum: ⁊ coꝛ
pus quod moueṫ: ⁊ ſi potẽtie eoꝝ eſſent in/
finite in vigoꝛe mouẽdi nõ erit ꝓpoꝛtio in/
ter motoꝛẽ ⁊ rẽ motã. ⁊ ſi hoc eẽt nõ eẽt diã
inter eos: nec eẽt ibi multitudo oĩo: ꝟbigra
tia. q̇a motoꝛ oꝛbis ſaturni ⁊ motoꝛ oꝛbis to
tius mouẽt tp̄e infinito. Si igiṫ nõ diñt ĩ h̄
⁊ ſi queadmodũ nõ differũt in hoc nõ diñt ĩ
potẽtia motoꝛis: ⁊ ſi nõ diñt in potẽtia mo
toꝛis nulla ꝓpoꝛtio eẽt inter motoꝛes nedum
vt q̇liber eoꝝ hẽat potẽtiã mouẽdi ĩ ĩfinitũ
⁊ ſi ita eẽt inuẽireṫ motꝰ in inſtãti: ⁊ oẽ h̄ eſt
impoſſibile. ⁊ iõ opinãdũ ẽ ꝙ potẽtie mouẽ/
tiũ ſeꝑabiliũ altꝝ a mã ſũt finite vno mõ ⁊ ĩ
finite alio°: vlṫ dicẽ ꝓbã°. ꝙ ñ ſi ĩfiniti itẽſiũ
iſti motoꝛes cõiũcti mouẽt ꝑ ĩfinitũ tp̄s. ḡ ñ
diñt ĩ h̄. ḡ ſi põis eos ĩfinitos ĩ vigoꝛ oẽs mo

uere in inſtanti. ergo non differrent: ⁊ quia
ex operationibus arguitur differentia. non
decipiaris tñ: q̇a dixit ḋ ſepato a mã ꝙ eẽt fi
nitũ. facit. n. differẽtiam de ſeperato oino: ⁊
ſimpliciter: ⁊ de ſeperato a materia: vt ſu/
pra: nam in cõiuncto nõ eſt materia neqꝫ cõ
trarietas. ⁊ ideo nõ accidit ibi dubitatio: ⁊
per conſequens non velocius ⁊ tardius mo
ueri. Unde cõmento. 37°. dicit: neqꝫ motus
celi poteſt tardari ⁊ flecti in tempore futu/
ro. Flexibilitas enim motus erit in aïalibus
propter debilitatẽ. Debilitas autem eſt extra
naturã: quia contingit ꝙ hoc eſt accidẽs in
aïalibus ex prima generatiõe. ⁊ quia cauſa ꝙ
tranſmutatio ⁊ corruptio accidat aïalibus ẽ
quia generãtur ex elementis contrariis ⁊ cũ
hoc ſit in eis nõ ſunt in ſuis locis propriis:
⁊ hoc dicit commento. 39°. In. 3°. etiam
capitulo de ſubſtãtia orbis vt audiſtis ponit
iſtam diuiſionẽ de infinito duobus modis.
Breuiter ergo ſua reſponſio cõſiſtit in hoc:
ꝙ infinitũ capitur duobus modis: vt audi/
ſtis. ⁊ nulla virtus infinita intenſiue ẽ i cor/
pore: quia moueret in nõ tempore. Et ſicut
nos dicimus ꝙ deus licet ſit potentie infini/
te: tamẽ quia contingẽter mouet: poteſt mo
uere finite ⁊ in tẽpore: Ita modo auerro. q̇a
motor nõ ſeperatus oio eſt fnite potẽtie mo
uet in tẽ pore: ⁊ finite actiõis. motor autem ſe/
peratus oio dat ſibi ꝙ iſta motio finita poſ/
ſit infinite durare. Secundũ ergo Auerro.
primus motor vel primũ ens non mouet ni/
ſi vt amatũ. tamẽ alii motores licet ſint infi/
niti extẽſiue non mouẽt in nõ tẽpore: quia ñ
ſunt infiniti intenſiue: ſed abſtractus ſimpli
citer. nec eſt finitus nec infinitus intenſiue:
nec mouet niſi vt amatũ. Unde ſecũdũ auer.
ſi etiã moueret actiue: vt vult ariſtoteles: ta
men motio nõ eſſet in inſtãti: quia nec finitũ
nec infinitũ: ſecus de cõiunctis. Ex iſtis
ergo dictis eliciũtur tales cõcluſiones. Pri/
ma cõcluſio: virtus infinita in corpore mo/
ueret in nõ tempore. Secũda concluſio:
virtus que nõ eſt in corpore nõ debet dici fi/
nita nec infinita. Tertia concluſio: non
datur virtus infinita: quia nõ datur corpus
infinitum. Quarta cõcluſio: virtus ſepe/
rata omĩo ⁊ ſi moueat corpus actiue ẜm ari/
ſtotelẽ: cum nõ ſit finita nec infinita nõ ſeq̇/
tur ꝙ moueat in nõ tempore. Quinta cõ/
cluſio ſecũdum Auerro. Ad motionẽ celi cõ
currũt duo motores: quorũ vnus eſt ſepera/
tus omĩo: alius non ſeperatus ſimpliciter:
tamẽ ſeperatus non mouet niſi vt amatum.
Sexta concluſio: licet ſecũdus motor ſci
licet anima celi nõ ſit ſeperatus omĩo. tamen
eſt ſeperatus a materia proprie dicta ſecũdũ
Auerro. Nec eſt generata ex contrariis.
Septima concluſio ſecũdum auer. q̇a forma
celi nõ eſt in materia: nec habet cõtraria: nec
eſt extra locum ſuũ: eſt ingenerabilis ⁊ in/
corruptibilis ⁊ indebilitabilis. Octaua
cõcluſio: Motus in celo inſurgit ex propor/
tione motoris ad rem motam. Nona con
cluſio: propter proportionem motoris ad rẽ
motã: cũ talis motor non poſſit mouere ve/
locius neqꝫ tardius: ſi adderetur vna ſtella
ſuo celo nõ poſſet mouere celum. Decima
cõcluſio: nõ poſſe mouere celũ propter addi/
tionem ſtelle: nõ eſſet propter debilitatẽ: ſed
propter proportionem: cũ non poſſit moue/
re velocius neqꝫ tardius. Undecima con
cluſio: poſſe mouere velocius ⁊ tardius in/
uenitur in animalibus vbi inuenitur debi/
litas propter materiam ⁊ contraria. Duo
decima concluſio: ſucceſſio in motu ⁊ eterni/
tas eſt a motore ſeperato oio ſecũdum Ari/
ſtotelẽ ⁊ auerro. Et ſic patet pro nũc quan/
tũ ad iſta dubia de opinione ariſtotelis ⁊ a/
uerrois ſecũdũ mentẽ noſtram. Ex predi/
ctis ergo poteſt fieri argumentum ꝙ non eſt
neceſſariũ ponere materiã proprie dictã ad
hoc ꝙ ſit in diuiduũ ſignatũ: quia poſſũ di/
cere hoc celũ ⁊ celũ: ⁊ maxime ſi ſunt plura i
diuidua in celo eiuſdem ſpẽi ſecũdũ auerro.
Propter ergo iſta nõ affirmando: nec dico
ꝙ ſim iſtius opĩonis: quia hoc eſſet ſubuer/
tere totam philoſophiã: dico ꝙ nõ video ne
ceſſitatem ponẽdi in rebus generabilibus ⁊
corruptibilibus materiã primã: nec rationes
ariſtotelis ſeu cõmentatoris hoc cõcludunt.
Nec Scotus in. 2°. diſtinctiõe. 12. cum ſu/
is ratiõibus hoc probauit: licet ponat mul/
tas vias ad opiniones aliquorum: quomo/
do poſſet ſubſtentari ꝙ non eſſet materia in
vniuerſo. Unde poſuit primo multas vias:
quomodo poſſet ſubſtentari ꝙ non eſſet ne/
ceſſaria ibi materia ⁊ illas improbauit. Ta
men opinionem probabiliorem dimiſit: quã
hic recitabo. Et ego reſpondebo argumen/
tis eius ⁊ Ariſtotelis: ⁊ primo phyſicorum
⁊ alibi. Unde licet ariſtoteles dicat ſepe: ꝙ
materia non eſt quid: nec qualis nec quan/
ta. ⁊ ꝙ ẽ ĩpura potẽtia ad oẽs formã. ⁊ ẽ etiã
aliq̇d fit cũ iſit: ⁊ remãet ſub vtroqꝫ extrẽo ⁊
ꝙ eſt ẜm tranſmutatiõis: ⁊ ꝙ ex pura po/

tentia ⁊ actu fit per ſe vnuꝫ: ⁊ ꝙ eſt ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: ⁊ quod preſupponitur agenti naturali: vt poſſit agere. Et ꝙ ex nihilo nihil fit: ⁊ ꝙ non eſt creatio: ſed generatio: ⁊ non fit totalis corruptio: nec totum tranſmutatur in totũ: quia eſſet anihilatio. ⁊ ꝙ ſbã diuiditur in materiã formam ⁊ compoſitũ. ⁊ ꝙ materia eſt cãa generationis ⁊ corruptionis: ⁊ ꝙ forma materialis diſtinguitur ab abſtracta per materiam. ⁊ ꝙ nõ datur indiuiduũ ſignatum niſi ꝑ materiam: ⁊ plurificatio in eadem ſpẽ niſi per illam: ⁊ ꝙ defectus nõ eſt in natura niſi propter materiam: ⁊ ꝙ materia eſt altera pars compoſiti: ⁊ in materia recipitur ꝙtitas indeterminata: ⁊ ꝙ per materiã ſaluatur modus nature ⁊ ſubſtentat per poſſe ſꝫ auerro. de ſubſtantia orbis: ⁊ ꝙ omne agens agit ꝑ cõtactum: ⁊ preſuppõit in quod ⁊ circa quod Hec enim ⁊ multa alia accipit philoſophus Unde Scotus in illa di. q. prima dicit: materia eſt per ſe principiũ ex primo phyſicorũ ⁊ etiam per ſe cãa: ⁊ 2°. phyſicorum: ⁊ 5°. metaphyſice: eſt etiam per ſe pars compoſiti ex. 7°. metaphyſice: ⁊ eſt per ſe ſubiectuꝫ generationis ex. 5°. phyſicorum manens idem in tota mutatione ex primo phyſicorum. ⁊ cetera. His igitur oĩbus non obſtãtibus dico ꝙ non eſt neceſſarium ponere materiã primam: vt ponit ariſtoteles. Scotus enim in predicto loco dicit: Una opinio eſt que ponit rẽ generabilem ⁊ corruptibilem habere tantũ in ſe vnam realitatem poſitiuã. Sed q̃dam tenẽtes hoc dicunt eam eſſe materiam ⁊ quidã formaꝫ: ſed differunt iſte opiniones ſolum in voce ⁊ non in re: nã dicentes iſtam vnã realitateꝫ eſſe materiam: dicunt materiam proficere in gradu entitatis ſue: cũ res generatur: ſicut quãtitas intermiata: cum terminatur nõ acquirit nouã realitatẽ ſiue entitatẽ aliã realiter ab ipa: ſed proficit in gradu ſue proprie entitatis cum terminatur: ita dicitur ꝙ forma eſt terminus intrinſecus materie. Et ideo rẽ aliquam generari nõ eſt niſi materiã proficere acquirẽdo gradũ intrinſecũ proprie ſue entitatis. Alii autẽ dicentes materiã non differre a forma: dicunt materiam vt eſt ſub hoc termino ſuo intrinſeco: eſt compoſitũ: ⁊ vt eſt ſub alio termino ſuo intrinſeco: eſt aliud compoſitũ ⁊ cetera. Uide in Scoto vbi põit opionẽ Ricardi de media villa quolibeto. 3°. q. 5. articulo primo: vbi dicitur ꝙ materia eſt ens tantũ in potentia: ⁊ ponitur opinio Alberti magni de forma Sꝫ dimiſſis iſtis opionibus quas reprobat: dicerem ꝙ forma extẽſa per quantitatẽ eſt ſubiectũ circa quod: ⁊ illa forma corrũpitur: ⁊ quãtitas interminata remanet: ita ꝙ non ſolũ pono formã: nec ſoluꝫ materiã: ſed formã cũ quantitate. corrũpitur ergo forma ⁊ remanet quãtitas interminata: ⁊ ſuccedit alia forma extenſa: ⁊ accidẽtia inducuntur in formã extẽſaꝫ: ⁊ datur primũ non eſſe forme ſubſtantialis: ⁊ primũ eſſe forẽ producte: ⁊ dicã in ſimplicibus. verbigratia: in igne: ꝙ forma ignis extenſa per quantitateꝫ eſt ipe ignis: ⁊ non eſt ibi alia materia: ⁊ de cõpoſitis autẽ non aĩatis dicã conſequẽter ſecundũ diuerſas vias: ⁊ de aĩatis ſimiliter ponẽdo tamẽ ꝙ aĩa extenſa nõ ſit potentia reſultãs ex qualitatibus diuerſis. De aĩa autẽ intellectiua dicã melius ꝙ̃ auerro. Dicã enĩ ꝙ in quolibet ſũt diuerſe aĩe inextẽſe: ſiue in homine ponas: vt Paulus de Uenetiam cogitatiuã ⁊ intellectiuã ſiue alio modo nõ curo nunc. Et licet illa forma intellectiua non informaret aliã formã: tamen ita connexa cũ quantitate ⁊ aliis formis particularibus: ſiue aĩa illa cogitatiua ꝙ non poteſt illa aĩa intelligere ſine fantaſmate: vt etiam ponit auerrois: ⁊ ꝙ ſoluꝫ cogitatiua aliquando fantaſiaretur: ⁊ aliquãdo vna fantaſiaretur ⁊ alia intelligeret: ⁊ ſic neceſſe eſſꝫ intelligentẽ fantaſmata ſpeculari modo quo exponit Scotus: ⁊ alia multa que non dicã hic. Unde uſqꝫ nũc non audiui: nec vidi rationem me neceſſitantẽ ad ponendũ materiã Unde multe rationes poſſunt fieri ad probandum materiã non eſſe: ⁊ maxima differentia eſt inter doctores: cũ quidam ponant materiã primã: cuꝫ ſit quid abſolutũ: ⁊ precedat naturaliter formã poſſe per potentiã diuinã eſſe ſine forma: vt Scotus. Sed tunc mirũ eſt quid eſſet ꝙ non eſſet aliquis actus Beatus Tho. tenet oppoſitũ. ſed argumentũ ſcoti eſt forte. Uidetur ẽt inconueniens ꝙ reſpectus ſeu qualitas ſit aliquis actus: ⁊ materia que eſt perfectior: cum ſit in genere ſubſtantie ſaltẽ reductiue non ſit aliquis act⁹ Eſt etiam maximũ dubiuꝫ: cum ex materia ⁊ forma fiat per ſe vnum: quomodo forma ſit perfectior compoſito vel econuerſo: quia non ſunt eiuſdem rationis. Nam anima intellectiua videtur perfectior homine qui eſt quid corporeum: ⁊ copulatiua ſequitur partem deterioreꝫ. Econuerſo videtur: quia totum includit partem ⁊ aliquid vltra: ⁊ pars perficitur in ſuo toto. Tamen de hoc ali/

quid dixi in queſtiõe de obiecto intellectus
⁊ pmiſi dicere in .q. vtrū totū diſtingua/
tur a partibus. Et licet ſcirẽ reſpondere iſtiſ
argumentis: fugiendo vt alii. Tamen in/
tellectus meus non contentatur pro nunc.
Argumenta: que facit Scotus in loco pre
dicto ad probandum materiam non con/
cludunt mihi: licet fortaſſe aliqua concludãt
cõtra illas opiones recitatas: de quo nõ cu/
ro nũc. Prima enim ratio nõ concludit vbi
dicebatur ꝙ generatio ⁊ corruptio eſt ex cõ/
trario: ⁊ vnum oppoſitorū nõ fit aliud. ergo
oportet aliquid cõmune mãere ſub vtroqꝫ
terminorū: ⁊ hoc eſt ſicut arguere ꝙ requi/
ritur potẽtia in quam agat: ⁊ ita potẽtiam
trãſmutat de oppoſito in oppoſitum: ⁊ non
oppoſitum in oppoſitū: ⁊ ideo preſupponi/
tur aliquid de quo dicit: hoc fit hoc. Uide
ibi: ⁊ ita vbi arguit ꝙ generatio differt ab
alteratiõe: ⁊ remãet in generatiõe ſolū quã/
titas intermiata ⁊ materia: in alteratione
vero forma. Dico enim ꝙ fit generatio ⁊ cor
ruptio ex cõtrario: ⁊ ꝙ generatio differt ab
alteratiõe ⁊ remanet in generatiõe ſola quã/
titas interminata: in alteratiõe vero forma.
Et dico ꝙ non eſt de nihilo iſto modo: quia
quãtitas ſaltem intermiata remãet que pre/
ceſſerat: ⁊ tota forma recedit: ⁊ ſic totū con/
uertitur in totum loquẽdo de forma: ſicut di
citur pmo d generatõe. Et ita quando dicit
quia generatio eſt a nõ ſubiecto in ſubiectū
Remãet .n. ibi qͦtitas: vt dictum eſt: ⁊ non
ſbiectum recipiẽs: ꝫ ipam extẽdens: quia ac
cidens magis eſt in ſubſtãtia: vt declarabi/
tur: ⁊ hoc ſufficit: ⁊ ita quãdo dicit de priua
tione: quia trãſit ⁊c. i. priuo hic cū iſta quan
titate nõ erat talis forma ⁊ nũc eſt. ⁊ tal' for
ma poterat eſſe ⁊ nõ erat. Et ita ad argumẽ
tum de primo receptiuo. Dico primo ꝙ qͦti/
tas nõ recipit formam: ꝫ ecõuerſo: ⁊ forma
extẽditur a qͦtitate. Et dico primo ꝙ agens
quod debet agere preſuppõit formã quantaꝫ
⁊ propter hoc oportet declarare: cū totū non
trãſmutetur in totū: quomõ preſuppõit qͦti
tatem: ⁊ quomodo fundabitur in ipa forma
inducẽda: nam ſi quãtitas fundatur in for/
ma: nõ videtur preſuppõi ab illa. Dicẽdum
ergo ꝙ preſuppõit qͦtitatem indeterminatã
Uide differentiam de ſubſtãtia orbis inter
terminatã ⁊ interminatã. ⁊ tũc dico ꝙ qͦti/
tas vt ſubſtẽtabaꝛ a forma corrumpẽda pre/
ſupponebatur: ⁊ nõ vt a forma inducenda:
Nam neceſſario aliqua pars iſtius quanti/
tatis remãſit: aliter totū eſſet tranſmutatū

in totum: ⁊ preſuppõitur: ⁊ tũc remãet dubi
um: quia accidens tranſibit d ſubiecto i ſub
iectum: quia aliqua pars quãtitatis rema/
net. Dico primo ꝙ aliqui ponũt albedinem
fundari in compoſito: vt videtur velle auer/
rois de ſubſtantia orbis de accidẽtibus exce
pta quantitate interminata: ⁊ tamen ſcdm
multos illa albedo remãet: ergo tranſit d ſb
iecto in ſubiectum. Et 2°. de anima dicit A
uerrois ꝙ forma ſubſtãtialis eſt in ſubiecto
in potẽtia: accidẽtalis in ſubiecto in actu:
⁊ ita diceret fortaſſe aliquis de quãtitate in/
terminata: ꝙ poteſt remãere non ſolum cū
forma inducẽda: ſed etiam fundari in ipſa:
nec valet gloſa Marſilii de generatiõe: ꝙ q̃
litas actiua: puta caliditas eſt in ſubiecto in
potẽtia: ꝫ denoiatiue eſt in toto: quia deno
minat totū: nam vulgares ignorãt materiã
Sed Auerrois de ſubſtantia orbis dicit: ꝙ
quia quantitas interminata ſola fundaꝛ in
materia: ideo remanet: non alia accidentia:
vide ibi. Marſilius tamẽ cõcedit ꝙ aliqua
accidẽtia remanẽt in generato ⁊ corrupto vt
albedo. ⁊ allegat ariſtotẽ. pmo de generatiõe
cõmento. 4°. vbi in trãſmutatiõibus nõ ha
bet pro incõueniẽti ꝙ aliqua qualitas ſit in
generato ⁊ in corrupto. ⁊ in 2°. ꝙ in haben
tibus ſimbolum facilior eſt tranſitus: quia
facilius eſt corrumpere vnum ꝙ duo. ergo ñ
corrũpitur quantitas ſimbola. Dicerẽ tamẽ
tu ſm opionem illam per ſe ⁊ a contrario te/
nendo illas opiones ꝙ fundatur in toto ⁊ ꝙ
totum corrumpatur: ſed ſaluando verba ſim
pliciter: illa albedo poteſt eſſe in compoſito,
ſecundo que erat in primo. Marſilius autẽ
reſpondet pro ſe ꝙ tranſit de ſubiecto in ſub
iectum denominationis: non inheſionis: ꝫ
mihi videtur impoſſibile ꝙ tranſeat de ſub/
iecto inheſionis ad aliud ſubiectum inheſio
nis: nec oportet dicere ꝙ forma informet ac/
cidens: nec accidens per ſe ſtet. Ideo ſubſten
tando iſtam viam: eſſet dicendum ꝙ quanti
tas ſubſtentatur ab ipa forma: tamen non
informat formas. Unde ſubſtentare eſt pro
prie ſubſtantie: nec ſequitur: ſubſtentat: er/
go informatur: ſicut Scotus in pma .q. ter
tij dicit ꝙ poſſumus remouere perfectius ab
imperfecto. ⁊ ſubſtare non dicit imperfectio
nem: ſed bene informari. Et ideo verbū ſub
ſtentat ⁊ non informatur. Dico ergo ꝙ quã
titas ſubſtentatur a forma: ⁊ quantitas nõ
informat formam: ſed ipam extendet. Om
ne ergo accidens aut informat naturaliter:
aut extendit. Unde albedo in quantita/

te ſubſtentatur a quãtitate: ut in ſacramẽto altaris: ⁊ informatur ab albedine: quantitas autem: quia extendit formam: non informat formam. Bene ergo poteſt aliq̃d ſubſtentare aliud: ⁊ informari ab illo: ſed non eſt neceſſarium maxime quãdo extendit illũ ſed aliquãdo ſic: ⁊ aliquãdo nõ. Unde forma ſubſtentat quãtitatem: ⁊ nõ informatur ab illa: ꝫ extẽditur. Albedo vero extenditur a quãtitate ⁊ informat illã. Unde extẽdere aliquid: ⁊ informare illud non videtur ſtare ſm iſtam viam: ſed bene informari ab illo poteſt eſſe. Licet illi dicerẽt de quantitate: ⁊ materia oppoſitũ: tamen ꝙ aliquid extẽdat aliud: ⁊ ſubſtẽtetur ⁊ informet illud: nõ videtur. Et ideo ſi forma ſubſtẽtat quãtitatem cum extẽdatur a quantitate nõ videtur ꝙ informetur ab illa: ſi ſit forma ſubſtantialis. Accidẽs ergo quia ſubſtẽtatur naturaliter: ⁊ ita iſta quãtitas: ideo nõ habet modũ ſubſtantie. eſt ergo accidẽs ⁊ ſola quantitas nõ informat: quia extẽdit cetera accidẽtia ĩformat. Informare ergo nõ eſt proprium accidenti: quia iſti attribuunt etiam hoc forme ſubſtãtiali: ꝫ bene ſubſtẽtari: ſiue inclinari ad ſubſtẽtari. Dico tũc ꝙ quãtitas in corruptione forme remãet ſaltem ſm partem: ⁊ ſubſtẽtatur a forma noua: que prius ſubſtẽtabatur ab alia. Nec eſt incõueniẽs ꝙ tranſeat d̃ vna ad aliam ſubſtẽtationis: ſed bene eſt incõueniens de informante. Sicut ergo dicit Marſilius ꝙ eſt incõueniens de ſubiecto inheſionis: nõ denominatiõis. Ita dicas tu de ſubiecto ſubſtentatiõis: non inheſionis: ſicut natura hũana in Chriſto poſſet dimitti a verbo: ⁊ ſubſtẽtari a patre. Differẽtia autem eſt hic: quia verbum ſubſtentat naturã humanã non informat: nec informatur: nec extẽditur. Quãtitas autẽ ſubſtentaᵉ a forma. ⁊ lꝫ nõ informet nec ĩformetᵉ tñ extẽdit formã. Accidẽs vero in forma ſbſtentatur a forma ⁊ informatur ab illo. Accidẽs vero in q̃titate vt in ſacramẽto altaris ſbſtentatur a quãtitate: ⁊ extẽditur ab illa: ꝫ accidẽs informat illam. De aĩa autem intellectiua: que eſt inextẽſa vtrũ informet formas partiales: vel ſit forma de per ſe vt alie colligata tamen cum illis ⁊ per fantaſmata. ⁊ cetera. Et ꝙ ſint plures in pluribus non modo Auerrois: ⁊ quomodo non ſit perſona: dicetur deo dante alibi ſcilicet in queſtiõe vtrum totum diſtinguatur a partibus. Fieret ergo diuiſio ſubſtantie in ſubſtantiam extenſibilem ⁊ inextenſibilem: vel que habet partem extra partem ⁊ cetera. Et ſi diceretur q̃a anima intellectiua nõ poteſt intelligere ſine fantaſmate dicant ipſi quare extra corpus poteſt intelligere ſine fantaſmate: ⁊ non in corpore. Et ideo dicit Scotus quod non intelligit hoc niſi ex ordinatione diuine voluntatis. Unde licet conſtituat totum: ⁊ informet. tamen eſt forma abſtracta ſeperata a materia: quia non inheret: ⁊ etiam ſeperata ſemper inclinatur ad corpus. Et ita dicaꝫ ego de colligatione ſi voluero: ideo pro nũc dimittatur. Iſtis ergo fundamentis intellectis videbitur ꝙ rationes ariſtotelis: ⁊ ſcoti: vt ſupra nõ concludunt materiam primam eſſe. Videatur in illa queſtione ſcoti in duodecima queſtiõe de omnibus argumentis ⁊ cetera. Propter predicta de iſtis intelligẽtiis modo Auerrois oportebit de anima illud dicere quod nõ diximus in queſtione de aĩa ſm mentem Auerrois: Nam in eo libro imitati ſumus expoſitiones alioꝝ. Et ideo poſt illum librum aliquid addemus.

Iſis fundamentis ariſtotelis ⁊ Auerrois facile erit videre: ſi id quod ſcotus imponit ariſtote. ſit de mente ariſtotelis. Ipe enim p̊mo in. 8. di. in ſa p̱te queſtiõis de ĩmutabilitate dei recitat opinionem Henrici. Unde Henricus quolibeto. viijᵒ. queſtiõe. 9. ponit decem modos: q̃bus poteſt aliq̃d ſe habere ad eſſe: ⁊ quolibeto. 6ᵒ. queſtiõe vltima ponit quattuor modos. Et ideo in textu ſcoti aliquis habet decem modis: aliquis quattuor modis. Et iõ ſcotus volens impugnare Henricum: qui vere recitat mentem ariſtotelis: ⁊ vult oſtendere illam non eſſe mentem ariſtotelis: dicit Ponitur ꝙ quattuor modis poteſt aliquid ſe habere ad eſſe: ſed ad propoſitum ſufficiant tres modi. Poteſt enim aliquid aliud a deo: puta intelligentia alia a prima ſimpliciter poni eſſe vno modo quod ex ſe formaliter ſit neceſſe eſſe ⁊ ab alio cauſaliter. Secundo modo ex ſe formaliter neceſſe eſſe: ⁊ ab alio dependenter: ſic ꝙ propter ordinem eſſentialem contradictio eſſet ſecundum eſſe ſine primo: ⁊ non econuerſo: ſimiliter tertium ſine ſecundo: ſed non econuerſo. Et eſt ordo iſte inter perfectius ⁊ minus perfectuꝫ non inter cauſam ⁊ cauſatum. Tertio modo aliquid habet eſſe ex ſe poſſibile: ab alio autem neceſſe eſſe: quia id aliud neceſſario cauſat: iſte tertiꝰ modꝰ includit contradictionem: quia quod eſt cauſaliter ab alio eſt ex

ſe non ens: ⁊ de ſe ē poſſibile: aliter careretur
impoſſibile: ʒ qđ ē neceſſe eſſe nullo modo ē
poſſibile. iō incōueniēs ē dicē hūc modū ari
ſto. poſuiſſe de ſbīs ſeꝑatis ꝑꝑ cōtradictōem
incluſā. Vñ Henric⁹ ibi loqᷓ̄ iſto mō: ꝑmus
mod⁹ illoꝝ q̄ttuoꝛ ē vt oꝛbes tātū capiāt mo
tū a ꝑmo: ʒ nō eē ſecūd⁹ vt oꝛbes ſint ex ſe ne
ceſſe eſſe: ʒ ab alio cātiue Tertius vt oꝛbes
ſint ex ſe poſſibile eē: ʒ ab alio neceſſe eē. ⁊ ē
auicē. 4⁹ vt oꝛbes ſīt ex ſe poſſibile eē ⁊ ab a:
nā res ꝑducūt̄ cōtigēt̄ ⁊ ꝯſuāt̄ ꝯtigēt̄ ꝫ nos
⁊ ꝫm Platonē: ꝑ ꝑmū modū intellige ſecū-
dum modū quē dicit Scot⁹. ſ. ꝙ ſit neceſſe eē
ex ſe: tamē depēdeat ⁊ nō ſit ab alio. Quar-
tus nō eſt poſit⁹: tamē in illis decē clari⁹ ſūt
oīa: vide ibi: ʒ ſuꝑ ꝑmo Scoti ponā ad litte
ram. Seq̄tur vlteri⁹ Scot⁹ recitādo opīonē
Henrici: ⁊ dicit: cōfirmat̄ etiā hoc: q̄a com-
mētatoꝛ. iz°. metaphy. in q̄one Joānis grā
matici vult ꝙ mot⁹ cū ſit de ſe poſſibilis pōt
ab alio ꝑpetuari: q̄a hēt eſſe ab alio. Subā
aūt poſſibilis nō pōt ꝑpetuari. igit̄ nō eſt ne
ceſſario ab alio. Item dicit cōmētatoꝛ ꝑmo
de celo ⁊ mūdo ſupꝛa id impoſſibile ē vt non
gnābile cadat ſub coꝛruptiōe: exponēs dicit:
ꝙ ſi inueīret̄ aliquod generabile eternū poſſi
bile ē vt natura poſſibilis trāſmutaret̄ in ne
ceſſariā. Vlteri⁹ impōitur philoſopho: ꝙ. ſ.
voluerit in ꝑmo de celo ⁊ mūdo: ꝙ quelibet
ſbā hēt ſuū eē ex ſua natura: hoc ſemꝑ: ḣ q̄n
doq̄ʒ: ita ꝙ hoc neceſſario ē ſemꝑ hoc neceſ-
ſario quādoq̄ʒ nō eē: nec aliter poſſet eē niſi
vna nat̄a mutaret̄ in aliā: vel ꝙ due cōtrarie
nature ſint ſimul in eodē: vt in eodē libꝛo ce
li ⁊ mūdi deducit ariſto. ⁊ cōmētatoꝛ. Item
ex iſtis. ſ. celi ⁊ mūdi: ⁊. iz°. metaphyſice o-
ſtēdūt ꝙ negauit ꝑmū mēbꝛū ſupꝛa: q̄a eſſe
ſubſtātie attribuit nat̄e ei⁹ intriſece: ⁊ ita ni-
hil ꝑpetuū ponit cauſatuꝫ niſi motū in celo:
⁊ mediāte iſto generabilia ⁊ coꝛruptibilia fie
ri: ⁊ ex quo poſuit aliquē oꝛdinem rerū con-
cluditur ꝙ hoc eſt ſecūdum ꝫm modū in in-
coꝛruptibilibus ſpēs dixit eē in vno indiui-
duo: ſed in coꝛruptibilibus ſpēs dixit neceſ-
ſario eſſe in pluribus indiuiduis ⁊ diuerſis
īdiuiduis: ita ꝙ ſpēs ꝺ̄ ſe ſūt neccīo icoꝛrupti
biles. coꝛruptibiles tamē per accidēs ſicut e-
lemēta pōit ſcđm ſe tota incoꝛruptibilia: ſed
ſcđm partes coꝛruptibilia ⁊c. Iſta nō decla-
ro: q̄a ſunt clara ꝑ ſe. ⁊ in veritate ille magi-
ſter habuit verā intētionē ariſto. ⁊ auerrois
Licet Scotus hoc velit impugnare. Unde
ex predictis ꝺ̄ poteſtis videre veritatē: ⁊ ar-
gui aliq̄d cōtra Scotum: vt vidiſtis ꝺ̄. Et

declarabo argumētū dictū: ꝙ illud qđ caū
tur ab alio eſt ex ſe poſſibile clare. Unde eti
am in pꝛincipio adduxi ariſtotelē ꝑmo celi
cōmento. ioi°. genitum q̄dem oēs eſſe dicūt
ʒ genitū hī quidem ſempiternū: hi aūt coꝛ-
ruptibilem: ⁊ tamē repꝛobat ꝙ nō eſt geni-
tum ⁊c. Audiamus ergo argumenta Scoti
cōtra iſta. Vñ vult pꝛobare ꝙ fuit de mente
philoſophi ꝙ aliquod neceſſarium fuerit ab
alio: ꝑmo ex intētione ariſtotelis. z°. meta-
phyſice. Sempiternoꝝ pꝛincipia veriſſima
eſſe eſt neceſſe: quia ſunt aliis caūa veritatis
⁊ vnūquodq̄ʒ ſicut ſe habet ad eē ita ſe habet
ad veritatem. Sed per ipſummet ariſtotelē ꝑ
mo celi ⁊ mūdi: ⁊. 9°. metaphyſice caꝑ. penl̄
timo. Omne ſempiternū ē neceſſarium. ergo
neceſſariū habet ꝑncipia. Item. 5°. metaphi
ſice nihil pꝛohibet quoꝝdam neceſſarioꝛum
eſſe alteras caūas: ſcilicet capitulo de neceſ-
ſario: ꝑmū hētur cōmento. 4°. z^m cōmento
6°. ʒ ſi de ratiōe caūati eſſet poſſibilitas re-
pugnans neceſſitati: ſicut arguit dcā opinio
cōtradictio eſſet alicui⁹ neceſſarii eē aliquam
caūam ⁊c. Ad iſtas auctoritates adductas
ꝑ ſcotum: quia in rei veritate ſunt cōtra men
tē ariſtotelis. Ad hoc pꝛopoſitū dico pꝛimo
ꝙ Auer. declarat ſatis hoc. Unde in tranſla
tione auer. ſic dicit̄ neceſſe ē vt ꝑncipia reruꝫ
q̄ ſunt ſemꝑ ſint ſemꝑ. Unde auer. ibi ⁊ innu
it ꝑ hoc diſpōnem ꝑncipioꝝ coꝛpoꝝ celeſtiū
cū coꝛꝑibus celeſtibus. hoc igit̄ pōt intelligi
tripliciter: ꝑmo de diſpōne quam hēt motoꝛ
ſui oꝛbis ſeꝑatus cū ſuo oꝛbe. Certū eſt autē
vt audiſtis ſupꝛa ꝙ nō eſt caūa efficiens. ⁊ au
diſtis quomodo deus eſt caūa omniū. Unde
hic in iſto cōmento dicit auerrois: Mani-
feſtum ē ꝙ ſi hec eſt pꝛima caūa omniū entiū
vt declaratum eſt in ſcientia naturaliū ꝙ illa
caūa eſt magis digna ⁊ in eſſe ⁊ in veritate:
ꝙ̄ omnia entia. Omīa. n. entia non acquirūt
eſſe ⁊ veritatem niſi ab iſta caūa. Eſt igitur
ens per ſe ⁊ vnum per ſe. Et omnia alia ſunt
entia ⁊ vera per eſſe ⁊ veritatem eius ⁊ cetera
Certum eſt autem quod declaratum ē: quo
modo eſt caūa: quia non pꝛopꝛie effectiua. ʒ
hoc nō dicit caūam efficientem. vnde miruꝫ
eſſet ꝙ ita expꝛeſſe ſibi contradiceret. vide tu
vnde. iz°. metaphiſice cōmento. 44°. dicit
Mos autē ꝙ iam ē inter modernos in dicē
do ꝙ a tali motoꝛe pꝛouēit talis motoꝛ: aut
conſequitur aut pꝛecedit: aut talia verba nō
vere intelligunt̄ de iſtis pꝛincipiis abſtractis
omnia enim iſta ſunt diſpoſitiones agentiū
ſuperficietenꝰ: non vere. Ab agente enim ni

hil provenit vt diximus niſi extrahere illud
qđ eſt in potentia ad actum; ſʒ illic non ē po
tentia. Unde neqʒ agens tantū ē illic cauſa ⁊
cauſatuʒ ſecūduʒ ꝙ dicitur ꝙ intellectuʒ eſt cā
intelligentis. Videte ꝙ in iſto cōmento no/
minat diſpoſitiones ſicut hic. Aliter poteſt
dici ⁊ exponi illa auctoritas ꝙ loquit̃ de par
tibus celi: ex quibus conſtituitur ipm̄ celuʒ;
⁊ hoc habetur ꝑmo celi: cōmento. 105°. vnde
dicit auerro. ibi ꝙ defendentes Platonē ſic
dicebāt celum habuiſſe principium; qꝛ. ſ. con
ſtituitur ex ſuiſ partibus; ⁊ iſto mō concedit
auerro. hoc eſſe verū. vide ibi primo celi com
mento. 105°. vnde dicit de defendentibꝰ Pla
toneʒ ꝙ ipſe. ſ. Plato non intēdebat ꝑ hunc
ſermoneʒ niſi ꝙ partes eius ſunt ꝑores na/
tura toto: non ꝙ ipſe fuit generatus vere. ⁊
ſi hoc intendebat nihil differt ab ariſt. Qꝛ āt
Scotus deducit in ſecūda di. ⁊ de ꝑmo rerū
principio ꝙ omne qđ habet cauſam materia
lem; habet cauſam efficienteʒ. ꝑmo quia cuiſ
cuius non eſt cauſa extrinſeca; eius non eſt cā
intrinſeca; qꝛ cauſalitas cāe extrinſece dicit ꝑ
fectionem ſine impfectione. cauſalitas cauſe
intrinſece neceſſario requirit imperfectionē
ānexam; qꝛ cauſa intrinſeca pars cauſati; ḡ
ratio cauſe extrinſece eſt naturaliter prior rō
ne cauſe intrinſece. negato igitur priori nega
bitur poſterius. Probat eandem concluſio/
nem qꝛ cauſe intrinſece ſunt cauſate ab extrin
ſeca; vel ſecundum eſſe eaꝝ; vel inquantuʒ cō
ſtituunt cōpoſitum vtroqʒ modo; qꝛ cauſe ēt
intrinſece non ſeipſis ſine agente cōſtituunt
compoſitum. ḡ vult concludere ꝙ illud qđ n̄
habet cauſam agentem; nō habebit cauſam
materialem nec formalē; qꝛ iſte preſupponūt
illam; ⁊ negato priori negabit̃ poſteriꝰ. Ad
iſta. primo lʒ hic in celo nō ſit cauſa formalis
nec materialis ꝓprie; qꝛ ibi non eſt materia;
nec forma informās materiam; de quibus cō
cederet aue. ꝙ rationes ſcoti concluderent tn̄
pp̄ ariſt. qui ponit mām in celo; lʒ non hoc
concedat ſcotus eſſe de mente eius ⁊c̄. qꝛ for/
taſſe diceretur ꝙ habere partes īegrales ēt
conſtitutiuas ⁊ etiam habere formam ⁊ quā
titatem cōſtituentes dicit impfectioneʒ. ⁊ iō
cum cauſa efficiens non dicat īperfectionē. iō
ſi ibi non erit agens; videtur ꝙ ibi nō ſit ꝑs
conſtituens; qꝛ aliquo modo pars etiam in/
tegralis eſt cauſa totius. 2m. tamen argumē
tum facilius eſſet ſolutum; qꝛ licʒ vnire mām
⁊ formam ſeu formam eſſe in materia videat̃
preſupponere agens; tamē habere partes in
tegrales non videtur preſupponere agens; ⁊
hoc peteret aue. ſibi probari. Unde ſcotus ſo
let arguere ꝙ totum eſt vere vnum. ⁊ illa vni
tas non eſt materie ⁊ forme; ⁊ non pōt cauſa
ri a duabus entitatibus. ꝑmo qꝛ nihil vnuʒ
eſt ex pluribus niſi virtute vnius; nec eſt illđ
totuʒ ex vno illoꝝ; qꝛ vtrunqʒ illoꝝ eſt dimi
nutum; tamen forte diceretur; ꝙ etiam ita ē
de iſtis partibus ⁊ ꝙ partes ſūt in potentia
